rie fuiſſe auctores: nauigātēqʒ in colchos Medeā inuito p̄re Eeta in greciaʒ ꝑtuliſſe. Scd̄a dehinc etate Alexādrū Priami filiū: quē (Paris) Paridem vocāt e grecia ꝑ rapinā ſibi vxorē compare deſtinaſſe: exiſtimantē ſe penā nō expenſurum vt illis ſ̄orib⁹ ſeculis nō expenderant. Alij v̄o huius nauigatiōis (Heſione) cām fuiſſe Heſionē Laomedontꝫ ſororem: quā v̄tutis p̄miū Thelamoni dederat Hercules: qm̄ in p̄ma Troie expugnatiōe ante oīs ꝑgama cōſcendiſſet hanc vt repeteret aiunt Paridem in greciam (Judicium Paridis) nauigaſſe. Alij v̄o tradūt: q̄b⁹ aſtipulanꝭ poete: hanc Venerē trāſmiſſionē ſuaſiſſe: qm̄ cū in Jda in certamine pulchritudinis cū Junone ⁊ Pallade pro ſe iudiciū tulerit: q̄ eēt ex oī grecia forma preſtantior Helenā Paridi pollicita extitiſſe: ſʒ in tāta auctoꝝ diſſenſionem: q̄ ſit verior cā certet antiq̄tas. Illud tn̄ aſſeuerandū puto q̄d Septuni⁹ ſcri. Alex. cū Enea cū aliquot nauibus in Laconiā ꝑ heleſpontuʒ nauigaſſe: ⁊ ſparte a Menelao honorificentiſſime hoſpitio exceptū eſſe: ꝯtigiſſeqʒ per (Nepoteſ atrei) idem tp̄s vt oēs Minois ꝓnepotes: acciti ad diuidendas atrei opes Crete cōuenerint: eoſqʒ fuiſſe Agamēnonē: Menelauʒ: Jpomeneū: Merionē: Clymenū: Palamedem: Dictyn ⁊ anaxibiā: Paridēqʒ a Menelao domi eſſe relictū mādaſſeqʒ Menelaū Helene: vt non minorē hoſpitis curam gereret q̄ꝫ de ſeipō: illāqʒ domum cū Clymenta ⁊ Ethra menelai affinib⁹ Paridis pulchritudine illectam ad troiam ſponte nauigaſſe: q̄ꝫ q̄ꝫ Herodotus ſcri. Paridem tempeſtate in egyptū delatū interceptū eſſe a Protheo rege: ⁊ cognita re Helenā cū rebus omnibus ademiſſe: reſtituiſſeqʒ illas Menelao poſt Troianū bellū extinctū. Jdeoqʒ Homerū tradit Menelauʒ inducere in egyptū tēpeſtate agitatū ad ꝓtheū veniſſe. Scripta ē hec ep̄la Menelao abſente q̄ detegit q̄ꝫto amoris eſtu ardeat: ſuadetqʒ fugam: quā Troianis virib⁹ tutari poſſe demōſtrat. Qui ꝯtendūt Paridis: Leandri ⁊ Acontij ep̄las nō eſſe Ouidij: nō recte opinari exiſtimo: ea p̄ſertim ipulſos rōne: q̄ꝫ mulierū tm̄ ep̄las ſcripſerit: qm̄ in amorib⁹ aliquot ſolū puellarū lr̄as cōmemoret. id em̄ frigidū eſt. Nam vt aliquot ex his q̄s puelle ſcribūt illic ꝯticuit: ita ⁊ q̄s heroes ſcripſere ſilentio p̄terijt. Eas v̄o q̄ illis rn̄dent vt oſtendemus nō eſſe Oui. ſʒ Sabini crediderim. Hanc tibi priamides mitto Ledea ſalutē. Beniuolentiā ex generis noībus ſibi cōciliat. Priamides. Hecuba ⁊ Priamo natus ē paris. Ledea: leda ex Joue Helenaʒ eſt enixa. Eloquor an flāme. dubitatio h̄ oriꝭ ex cāe turpitudine. vult em̄ vt paulatim obreptat ſubdola orō. Nō ē op⁹ in. qm̄ ꝑ ſe amor indicaꝭ nec diſſimulari pōt. Priuſq̄ꝫ vel. cū is eēt q̄ occultari nō poſſꝫ. Dū tē. dē. le. obrepit ex his q̄ obſūt ad ea q̄ ꝓdeſſe poterūt. Tacē inq̄t amorē vtile ē: qm̄ tp̄a futura ſunt: q̄ oēm abijciāt metū. Nā de Menelao inuit. multa em̄ fecerat ob amorē: q̄ ille potuiſſet aīaduertere anteq̄ꝫ diſceſſiſſet. Celauit ignē: metaphora decētiſſima vſus eſt. Naʒ vt

ignis:ita amor ī occulto teneri nō pōt. Ut addā vocē reb⁹:vt q̄d veli a pte fatear. Uro: tui amo re ardeo. Nūcia vba:q̄d aī in te habeā:tibi nūciaui. Parce p̄cor:in p̄ncipijs vt ſcri. Fabi⁹ nō ē abre optare p̄cari abhoīari:ſollicitū agere. Cetera:q̄ appoſita ſunt vltra eū locū:quo nr̄as ſolli citudines exp̄ſſim⁹. Gratū eſt:letor inquit q̄m ep̄ſam ſuſcepit:leticie ſpē ex facto firmat. Rece pit ep̄ſam me eſſe recipiet. enthimema ſimplex eſt. Que rata ſit:propoſitū ſuū firmat ex loco q̄ ſumpt⁹ eſt ab auctoritate deoꝝ. Ven⁹ inq̄t me īpulit ad nauigādū. Que rata ſit: a pollicitis nō recedat. Promiſit. Ven⁹:vt dixim⁹ Helenā paridi pollicita eſt cū iudiciū de pulchritudine in Ida ꝓ ſe tulerit. Diuino monitu. Veneris ſuaſio. Ne pecces neſcia:vt ſcias q̄ auctoritate tuā culpā tueri poſſis. Nō indebita:q̄m ex fide repeto qđ ꝓmiſſū ē. Littore Sygeo:Sygeū troie ꝓ *Sygeū* mōtoriū ē qđ greci ī obſidiōe tenuerūt:tumularūtq̄ patroclū:Achillē ⁊ Antilochū:vbi ſygeā *Pherecłus* vrbē condidit archianax mitilene⁹. Puppe pherecłea ñ pherethea legi dꝫ:vt multi putarūt a pheretho iaſonis patruo:ſꝫ pherecłea. Fuit eñi pherecłus Harmonidis filius:quē vt ſcri. Ho. Ilia.lib.v. Minerua dilexit. Faber optimus naues edificauit:q̄bus alex. Helena eñi rapuit: *Meriones* hūc Meriōes trucidauit ferro ī veſicam adacto.

¶ Hanc tibi. De iudicio paridis inter tris deas ſatis abunde dictum eſt in argumento pri *VIBER.* me epiſtole:quod ad argumentum huius epiſtole pertinet. cum paridi ob iudicium datum in fauorē Veneris:ven⁹ ꝓmiſiſſet helenā oīm mulierū pulcherrimā:⁊ ob eā lacedemōa nauigaſ ſet:exceptus hoſpitio a Menelao:Helenā in amorē ſuū q̄ītū potuit ſollicitare conat⁹ ē etiā p̄ ſente marito. Sꝫ poſtea menelao ꝓfecto in Cretā p̄ hāc ep̄ſam:etiā ad relinquēdū maritū:⁊ ſe in aſiam ſequendū exhortatus eſt. vtitur autē magno artificio ſe ab oībus cōmendās : quibus amatores cōmendari ſolent. a pulchritudine. nobilitate. diuitijs. ⁊ robore corporis: et a vero ſinceroq̄ꝫ amore:⁊ cōtra nititur ei adducere in odiū ⁊ inuidiā ⁊ in contemptum Menelaum et ſtudet ei perſuadere:tum ab vtili:tū ab honeſto eā debere eius amori adherere. dicens eam nullā habere infamiam propter hoc:⁊ q̄ꝫ abducta a Paride:aut nūq̄ꝫ repetetur a menelao:aut ſi repetita fuerit facile aduerſus eius vires defendetur. Priamides.i.ego paris filius pria mi.cū autē in priamo ſyllaba prima ꝓpter ſequentē vocalē naturaliter breuietur:in patronymi co neceſſitate metri ꝓducitur. Ledea:helena filia lede. dictū eſt ſupra in epiſtola hermiones d̄ eius natiuitate. Eloquar:exprimā verbis. vir. Eloquar:an ſileā. An nō eſt op⁹ īdice nr̄e. fla.i. an poti⁹ nō ē opus indicare amorē meū:q̄ꝛ tu ipa noſſe debes. Extat:eminet appet. Maliꝫ po tius veliꝫ. Dū:donec. Tp̄a:opportunitates. Met⁹ mixtos le.i.q̄ tp̄a ſunt ſine vllo timore. Ma le:difficile. Diſſimulo:celo ⁊ occulto. Quis eñi.q.d.nullus:nā ſupradixit:quis eñi bene celet a morē. Suo lumine:ſuo ſplendore. Si tamen.i.ſi tamen vis vt verbis dicam tibi:id qđ eſt in re amo te. Rebus:effectu. Faſſo mihi cōceſſo amorē meū. Duro:difficili. Cōueniēte tue forme.i. vultui miti ⁊ placido. qualē exigit pulchritudo tua:q̄ꝛ cū ſis pulchra debes etiā eē placida. Iā dudū cōciliato aīo Helene:nunc incipit narrationē. Iā dudū. vel iā diu:vt ſit tp̄is: vel valde. Terē. in eunucho iā dudū illa te amat. Recepta ē.ꝓ accepta a te. notādū ē apđ idoneos orato res nō eē in vſu recepi ep̄ſam tuā:ſed accepi:ſꝫ hic fuit neceſſitas metri. Hoc modo.ſ.quo ep̄ſa mea eſt recepta:nā cū aliqua puella ab amatore accepit ſcriptū:⁊ legit ſignū eſt q̄ꝫ ſit ſeminee x pugata. ipe Oue. in.i. de arte. Que voluit legiſſe volet reſcribere lectis. Per numeros veniūt iſta ḡduſq̄ꝫ ſuos. Que:ſpes. Rata:firma certa. Maſ amoris. Ven⁹. Monitu diuino. nō ſpōte mea:ſꝫ veneris mādato. Ne neſcia pecces.i.vt ſis admonita ne p̄ ignorātiā erres. Non leue.i. maximū. liptote eſt. Nō indebita:q̄ꝛ ſunt ꝓmiſſa mihi ab ea cui licuit ꝓmittere. Cytherea:Ve nus ita dicta a cytheris inſula:vt alibi dixim⁹. virg. At cytherea nouas artes noua pectore ver ſat cōſilia. Hac duce:dicit paris ego ſuſcepi hac nauigationē a Troia in Greciā auctore venere Ipſa:duce:id eſt regēte me. Dubias:incertas:quales ſūt vie nauigatōis. A littore ſygeo.i. troiano:nā Sygeū ꝓmōtoriū eſt Troie:vt dictū eſt in p̄ma ep̄ſa. Puppe pherecłea: neq̄ꝫ pha retbrata:neq̄ꝫ pharetrea legendū eſt:ſed pherecłea. fuit eñi pherecłus:vt ſcri. home. lib.v. Ilia dos fili⁹ Harmoniade fabri lignarij qui naues alexādro qui ⁊ paris dicit̄ fabricauit:q̄ fuerūt principiū malorum troianorum . a pherecleo igit̄ poſſeſſiuum fit pherecleus pherecłea pup pe.i. fabricata pherecleo. ⁊ hic eſt verus ſenſus ⁊ emēdatus textus.

HAnc tibi priamides. Artificioſa eſt ep̄ſa ⁊ inſinuationis perſoneq̄ꝫ accōmoda: reꝫ *ASLEN:* eñi inhoneſtā perſuadere nititur:ſed mulieri iā parūper a viro neglecte atq̄ꝫ deſer te. Quocirca q̄ꝛ nouit muliebrē ſexū eē fragilē:glorie cupidū ⁊ laudis. a forma. a ge nere. a facūdia cupidiſſimū:oīa affert paris q̄ ſibi helenes aīum cōciliare poſſent:⁊

q̄ odiū mariti eiuſq; cōtēptū excitent. Cū vero ɔtext⁹ facillim⁹ ſit nēo tā amuſus atq; iners q̄ ſi aliq̄d delitiaꝝ atq; argutiaꝝ illic hauriat. erim⁹ ergo in exponēdo ſuccincti. Ledea āt poſſeſſiuū ē ꝑ patronymico: ſ; a matre poſitū ſicut tertio enei. Ledeā hermionē ⁊c. poti⁹ āt ledeā dic̄ ꝙ tyndarida: q₂ dictur⁹ ē iouis eē filiā ex adulterio ɔceptā: vt ad cōſil'e iuitet facin⁹. Eloquar ſic enei. Eloquar an ſileā: an nō ē opus idice. i. idicio flāme. ſ. amoris: note. i. ꝑcepte a te. Et. i. q₂ potuiſſet tn̄ dixiſſe: nā pluſq̄: aut ſic cōiūgit̄. note dico flāme: ⁊ me⁹ amor extat. i. eminet et app̄et q̄ſi extrinſecus ſtās plus ꝙ vellē: q₂ maliz vt ſup. ille lateat q̄dē. i. certe. q. d. nō ſꝑ ſed dū i. donec tp̄a dent̄ nō habitura met⁹ mixtos. i. imixtos leticie. Quis em̄ celauerit ignē: q. d. nemo: ſ; amor ignis ē. imo ēphaticos amatores amatū atq; amicā ignē dicūt: vt in buco. meus ignis amyntas ⁊c. Iādudū ḡtū ē. aut ordo ē: ḡtū ē iādudū. i. ab eo tp̄e q̊ ep̄la nr̄a ē: aut gratuz ē iā ꝙ ep̄la nr̄a recepta ē dudū. i. pauloāte. Et cām addit: q₂ hoc. ſ. ep̄lam meā receptā eē facit ſpē q̄;. i. ēt me: poſſe recipi mō. i. iā: poſtq̄ ep̄laz legiſti: aut ſic. ſpē facit me q̄; poſſe recipi hoc mō: q̊. ſ. ep̄lam recepiſti. Quo verbo hortat̄ poeta matronas pudicas: vt ſuſpectas litteras repellant: q₂ q̄ amatorias legit: ſe amari velle indicat. Que rata ſit. Progrediēs docz nō inanē ſuā ſpē eē debere cū ſtabilita ſit pollicitatōe veneris q̄ dea amoꝝ ē. Que igit̄ ſpes ſit rata. i. firma ⁊ nō irrita: nec mater amoris. ſ. ven⁹ q̄ ſuaſit mihi hoc iter ꝓmiſerit mihi te fruſtra. i. ivanū Nā ſup. qđ dico tibi ne neſcia pecces: q̄ſi pctm̄ ſit ɔ̄ venerꝫ iuſſa facere: ego aduehor monitu diuino. i. dee veneris. ſ. ⁊ numē nō leue. i. nō futile nec cōtēptibile: adeſt. i. auctoritatē dat: cepto i. icepto meo. Poſco q̄dē magna p̄mia: h oc i aſſentationē dic̄: q̄ſi pluris faciēs adhuc p̄mia veneris ꝙ palladis ac iunonis. Cytherea d̄r ven⁹ a cytheris cypri luco. Ego feci: hac duce. i. venere ducēte: vias dubias. i. incertas ⁊ icognitas mihi: a littore ſygeo. i. troiano: nā ſygeū ꝓmōtoriū ē troie: feci (dic̄) pupe pherecle a. i. a pherecleo edificata viaſ dubiaſ ꝑ lōga freta. i. maria.

ANTO. ¶ Orta mari. Venerē et mari ortā ſcri. Var. Perſtet: a ꝓpoſito nō diſcedat. Pectoris eſtuz amorē meū ſecūdet: vt nauigationē. Mea vota: q̄ erāt vt helena potiret̄. In port⁹ ſuos: ad optatū exitū. metaphora et his q̄ alta ꝓcella fatigati i portū deferūt̄. Flāmas: amores ex Troia attuli. Troie te iq̄t amaui: q̄d me ipulit vt ſp̄tē nauigarē. Triſtis hyēs: tēpeſtatē circūſcribit: ſic Vir. Vicit hyēs tenaris terra: Laconiā ſignificat: cui⁹ ꝓmōtoriū ē tenaros. Nec me crede. nō ſū mercator: laudat formā ſuā ⁊ opes. Diuitiora: aſie delitias itelligi q̄ poſtea in vrbē fluxerūt ro. p. magꝫ ꝙ Annibal notie. Mei regni. Phryges pp̄los p̄am⁹ tenebat. Ven⁹ aurea. Epitheton ab Ho. ſūptū ē. Te p̄ri⁹ optaui. Helenā a noīe ⁊ fama comēdat: eras inq̄t apđ me tua pulchritudīe celebris. Gl'ia noīe celebritas. Mior vo q̄ſi formoſior es: ꝙ fuerat fama. Tua materia: hac tua pulchritudīe. Qui nouerat oīa theſe⁹ plutarch⁹ ⁊ diodor⁹ puellā helenā a theſeo raptā fuiſſe ſcribūt. caſtori ⁊ polluci redditā. More tue: gētis. Lacōes mixtis cū puellis pueris paleſtra exercebāt̄: vt plutarchus auctor ē. Nitida: vncta. nā Atlete vngebāt̄ hac obiectōe facti pudorē amouet: ⁊ cōſtantiā ſuā cōmendat. Aliquid tuliſſe: nō te intactā: vt theſeus remiſiſſē. Eſſet libata: rapt⁹ v̄ginitatis flos. Salua v̄ginitate: oſcula intelligit: que etiā nō rapta virginitate ferre poſſunt.

VIBER. ¶ Orta mari: dictum eſt ſupra i epiſtola Didonis ſuper eum locū: quia mater amorum nuda Citheriacis edita fertur aquis. Perſtet id eſt vtinam perſeueret: vt Virg. Talia perſtabat memorans fixuſq; manebat. Eſtum ad vtrunq; rettulit hic ⁊ ad feruorem amoris: et ad mote maris: et eſt ſenſus: vt adiuuit nauigationem: ita adiuuet amorem meum. ordo eſt. preſtet: et ita adiuuet eſtum pectoris: vt pelagi: ſcilicet eſtum adiuuat. Et id eſt etiam. Mea vota: ſicut ⁊ nauem. Attulimus: q₂ et patria diſ-

Illa dedit faciles auras ventoſq; ſecundos
In mare nimirum ius habet orta mari
Preſtet et vt pelagi: ſic pectoris adiuuet eſtus
Deferat in portus ⁊ mea vota ſuos
Attulimus flammas, non hic inuenimus illas
He mihi tam longe cauſa fuere vie.
Nā neq; triſtis hyēs neq; nos huc apulit error
Tenaris eſt claſi terra petita mee
Nec me crede fretum merces portante carina
Scindere quas habeo dij tueantur opes

Nec venio graias veluti ſpectator ad vrbes
 Oppida ſunt regni diuitiora mei.
Te peto.quā pepigit lecto venus aurea noſtro:
 Te prius optaui:qua mihi nota feres.
Ante tuos animo vidi:quam lumine vultus.
 Prima fuit vultus nuncia fama tui.
Credis & hoc nobis:minor eſt tua gloria vero
 Flāmaq; de forma pene maligna tua eſt
Plus hic inuenio ꝙ quod promiſerat illa:
 Et tua materia gloria victa ſua eſt.
Ergo arſit merito qui nouerat omnia theſeus.
 Et viſa eſt tāto digna rapina viro:
More tue gentis nitida dum nuda paleſtra
 Ludis et es nudis femina mixta viris.
Quod rapuit laudo miror ꝙ reddidit vnquam
 Tam bona cōſtanter preda tenenda fuit
Ante receſſiſſet caput hoc:ceruice cruēta
 Quā tu de thalamis abſtraherere meis.
Tene manus vnquā noſtre dimittere vellent
 Tene meo paterer viuus abire ſinu:
Si reddēda fores:aliqd tamen ante tuliſſem
 Nec venus ex toto noſtra fuiſſe iners.
Vel tua virginitas eſſet libata:vel illud
 Quod poterat ſalua virginitate rapi

ceſſimus huc propter amores: nō autem incepi ſolū te amare poſt ꝙ huc veni. Ig:flamme. Hyems tempeſta. Error: quia ignorarem quo venirem. Tenaris terra.i.laconica a Tenaro promontorio laconie. Petita: ideſt venit claſſis mea dedita opa ī hāc terrā pp te. nec me:occurrit obiectōni:q2 poſſ; dici ꝙ pp alias cās veniſſet. Dicit ſe propter ſolā Helenā veniſſe Nec.c.i.nec crede me nauigare ꝑpter mercaturā: q2 ſū diues ſine hoc exercitio. Tueātur:fuent: q2 ſatis ſunt mihi. Spectator:admirator:vt videam pulchras vrbes grecie.hoc eniʒ ſolet eē multis cā nauigandi:vt in alienis terris videāt preclara oppida. Oppida vrbes:vt Vir Aſcreum cāo romana ꝑ oppida carmē. Diuitiora.opulētiora.nā aſia ditiſſima eſt.horati9 & dites aſie campos. Vir.Troiana vt opes. Cice. in orōne pro lege manilia:de laudib9 pōpeij.aſia vero tā optima eſt: et fertilis: vt vbertate agro2:& varietate fructuū & magnitudīe paſtiōis: et multitudine earum rerum que exportantur:facile omībus terris antecellat. Aūa: formoſa. Pepigit:ꝓmiſit vt in argumento prie epi.et huius dixim9. Aīo.cogitatiōe deſiderio. Quam lu.ꝙ oculis corporis. Fama fuit prima nuncie tui vultus.i.pri9 audiui dicit de pulchritudine. Credis & hoc:extollit eius pulchritudinē:vt ita laudando eam alliciat ad amorē ſuū:nulla enim eſt mulier: que laubibus ſue forme non delectet. Oui.in.i.

de amo. Nec faciem nec te pigeat:laudare capillos. Et teretes digitos:exiguūq; pedem. Delectant etiam caſta preconia forme &c. Mi.ē ve.quia minus dicitur de te ꝙ ſit. Maligna:auara: et detraxerit:quia minus dicit ꝙ debet. Gloria:laus cōmendatio eſt vi.ſ.m.i.a pulchritudīe tua:que eſt materia ipſius glorie. Rapina preda: dictū eſt in epiſtola Hermiones et Oenones de helena rapta. Theſeo more.conſuetudine. Tue gentis:laconice.nam lacedemonij precipue paleſtra delectati ſunt.cuius etiam inuentores creduntur.vñ proptius. Multa tue ſparthe mirantur dona paleſtre. Nitida:pp ea ꝙ corpora oleo vngēbantur. Paleſtra autem latine luctādi certaminē ſignificat. Conſtanter.fortiter:aīoſe. Añ.i. potius. Hoc:ideſt meum. Abſtrahere.i. eriperis.i.ante paſſus eſſem mihi incidi caput:ꝙ te reddiſſem. Ne.an. Vellent dimittere.q.d. non viuus dum viuerem. Fores.i.fuiſſes propter neceſſitatem. Tuliſſem: anteꝙ fuiſſes reddita; Et toto penitus. Libata.deſumpta guſtata. Vel illud.ſ. oſculum.

¶ In mare nimirum. Unde Neptunus ad eā enei.v. Fas omne eſt cytherea meis te fidere regnis vnde genus ducis. Nam e ſpuma maris nata ducitur. Perſtet:ideſt perſeueret opto ve

nus: et vt ſup. adiuuit eſtus. i. feruores pelagi: ſic adiuuet eſtus pectoris mei: et deferat mea vota in ſuos portus. i. ad optatū finem. Ut autem non leui: nec dudū parto amore ſe captū fateať Addit. Attulimus flāmas. Triſtis hyēs. i. tempeſtas nautis triſticiā afferens. Terra tenaris pro tenaria: patronymicū a loco. Quas habeo dij tueātur opes: aut ſatis diuitē ſe ſignificat: nec ꝑpter diuitias velle negociari: aut ſe ſignificat. q. d. nō alias merces aduexi ꝙ meipſum. Oppida ſunt regni diuitiora.

Diuitiora Id ſm artem a diuite: nā ſicut raro dicitur homo dos: ſed diues: ita raro homo diuitior: ſed ditior. Ante tuos. ante. i. prius vidi animo: ideſt conſideratione: vultus tuos ꝙ lumine. ſ. externo oculorum. minor eſt tua gloria vero. Idem dixit regina ſabea ad ſalomonem. ſed non id notū erat paridi: qui et prior erat et ethric⁹. Fama eſt pene. i. quaſi maligna ex quo multo minus dixit q̄ſi per malignitatem ꝙ fit. Et ſua. alij legunt et tua: ſed non procedit quia ordo eſt. et gloria ſua. ſ. quī ipa coferre poteſt (eſt tn̄ inepta vtrūq; legatur reciprocatio: niſi dicatur ſua. i. propria ipi fame que gloriam cōferre poteſt etiā inanē) eſt victa. i. ſuperata materia tua. i. ſubiecta circa qđ verſeť gloria quod illi prebes: quia plus materie glorie prebes fame ꝙ ipa retribuere pōt glorie. et quantitate āt cognoſciť: quia ſua nr̄i eſt caſus: nam corripiť: tua āt q: ablrī caſus ꝓduci deberet. vn̄ mal⁹ eēt ꝟſus legēdo tua ⁊c. Ergo arſit merito. Probat formā helenes ēt ab alijs ꝓbatā. nā ob eā rapta ē a theſeo. verū integra reſtituta qđ ſignū cenſet q: min⁹ amauit ꝙ ipſe q̄ aliq̄d ab ea ꝑlibaſſet aut ꝟginitatē aut ſaltē oſcula. vidit aūt formā ei⁹ (inquit) theſeus dum more virginū lacenaruz nuda paleſtrā exerceret. Abſtrahere. i. abſtraheheris. nam inflectitur. Abſtraherer: abſtrahereris ⁊c. Te ne: quaſi dicat: nequaꝙ ⁊ nunꝙ. Aliquid florem virginitatis intelligit. Sicut ſilenus in buco. Huic aliud mercedis erit. Tuliſſem ideſt abſtuliſſem. Libata: ideſt primū contacta. Tractum a libaminibus que ſummotenus attriguntur ore. Flamma rogi. i. exuſtionis mee rogalis. finiet vna: ideſt ſola. non ſimul quia aduerbiū eſſet et vltimam produceret.

ANTO. ¶ Da modo: eas in meā ſniam. Flamma rogi flāmas. hac nominatione vſus eſt ex vocabuli equiuocatione. Propoſui regnis ego: electione ſuū amorē ꝓbat: cum potueriz habere regna te malui. Cōtempta eſt virtus: corporis aut animi virtutem contempſi: vt te frui potuiſſem. Sortem: virtutis optionem. Nec piget. electionem commendat. Haud vnꝙ ſtulte: nō dānabor electione. Quam auctor laudabile facit.

Deprecor Deprecor: verbo abuſus eſt: nam licet apud vetuſtiores deteſtetur: hoc loco tamen preces auget: quam licentiā feciſſe vr̄ Ci. in epiſtolis ad lentulū. Nō ego cōiugiū. a gn̄e ⁊ potētia ſe cōmēdat.

Pleiades Pleiada ſi qrꝫ: Pleiades nūero ſeptē traduť atlātis et pleiones filie: vt Muſe⁹ ſcribit a pleione matre nūcupate. Ex his vna electra ex ioue Dardanū genuit ex Dardano natus eſt Herictonius. ex hoc Trons naſcitur. is ilum et Ganimedem filios habuit. Ilus Laomedontem. Laomedon vero antigonem: Heſionem et Lampum. Licionem loctaonē. Bucolicone. Titonō. Priamū: et ex Priamo natus eſt Paris.

Paridis genus Auos medios: qui inter iouē et priamū interceſſerunt. Finibus immēſis: cum ſe ꝑtimo cōgruere vr̄: qui ſcribit nō veriſimile Priamuz ſolū phrygiā poſſediſſe: ſed afre totius: que eſt cis taurum impiuz tenuiſſe cōfirmat: aſiā dictam ſcri.

Aſia Her. ab aſio manet lidi filio: ſi aſia prometheī filia: vt Uar. exiſtimauit. vnde et ſardis filia fuit: quā aſiāda vocarūt. Tecta au. barbaroꝝ mos fuit tecta auro ornare qđ ſero ad rōanos peruenit. Canore lyre: quoꝝ ſaxa in opus exiliabāt Phebo ad cytharā carmina modulante. Illa tell⁹. Phrygia adeo populoſa eſt vt vix teneat quos habet mortales. Id monſtrat poſſe tutari Helenam contra grecorum potētiam. Sūt inquit nobis opes: ſūt

Da modo te paridi: q̄ ſit conſtantia noſces.
Flamma rogi flammas finiet vna meas:
Prepoſui regnis ego te: q̄ maxima quōdam
Pollicita eſt nobis nupta ſororq; iouis.
Dūq; tuo poſſem circūdare brachia collo
Contempta eſt virtus pallade dante mihi
Nec piget: haud vnꝙ ſtulte elegiſſe videbor:
Permanet in voto mēs mea firma ſuo.
Spem modo ne noſtrā fieri patiare caducam
Deprecor: o tanto digna labore peti.
Nec ego coniugiuz generoſe degener opto
Nec mea crede mihi turpiter vxor eris.

Pleiada ſi queras in noſtra gēte iouemqꝫ
Inuenies: medios vt taceamus auos.
Sceptra parens aſie qua nulla beatioꝛ oꝛa
Finibus immenſis: vix obeunda tenet.
Innumeras vꝛbes: atqꝫ aurea tecta videbis
Queqꝫ ſuos dicas templa decere deos.
Ilion aſpicies: firmataqꝫ turribus altis
Menia phebe ſtructa canoꝛe lyre:
Quid tibi de turba narrē numeroqꝫ viroꝝ
Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum.
Occulent denſo tibi troades agmine matres
Nec capient phꝛygias atria noſtra nurus
O quoties dices: ꝙ pauper achaia noſtra eſt.
Vna dom⁹ queuis vꝛbis habebit opes.
Nec mihi fas fuerit: ſpartem contēnere veſtram
In qua tu nata es: terra beata mihi eſt.
Parca ſed eſt ſparte: tu cultu diuite digna.
Ad talem formam non facit iſte locus
Hanc faciē largis ſine fine paratibus vti
Delitijſqꝫ decet luxuriare nouis.
Cum videas cultus noſtra de gente viroꝝ

⁊ viri: quib⁹ belluꝫ confici pōt: vt Li. ſcribit. Troades. Troiane matrone. atria dicunt̄ ꝙ a terra ſurgerēt: vel ab atriatib⁹ etrurie populis: vñ cōficiēdi atrij ſumpta ē ſimilitudo. Achaia: peloponeſus ē appellata ab acheo xuti filio: deinde egialeo a rege egialio. Nec mihi fas fuerit. occupatiōe ſpartana ꝯtemnit pauperiē. Thucidides ſpartanos tradit grecoꝝ fuiſſe omniū frugaliſſimos. ſparte vꝛbs Laconie Thaigeto mōti ſubiecta. recte in contemptū traducit locum: nam facilius eū putare coget: quē feracitate ⁊ opulētia preſtare mōſtrauit. Noſtra de gēte. Phꝛyges fuerunt inveſtiēdo molliſſimi: qḋ aſcanio turn⁹ apḋ Vir. exprobꝛat.

Achaia — Spartam

¶ Da modo. q2 poſſet obijci. ita dicis: ſed foꝛtaſſe ita non faceres. dicit fac ꝑiculuꝫ ⁊ pꝛoba. videbis q̄ cōſtantia ſit in me. Flāma rogi. i. amoꝛ meus ſola moꝛte finietur. Teren. ī andria. niſi mos adimet nemo. Flāma rogi. i. flamma in q̄ cōburet̄ cadauer meū cū ero moꝛtuus. Flāmas amoꝛis. Que maxima. ſ. regna pollicita eſt: vt plene demonſtrauim⁹ in argumento pꝛime epiſtole. Nupta ſoꝛoꝛqꝫ iouis: id eſt iuno. Virt⁹: ſapiētia. Contēpta: ſpꝛeta. Dāte: dare volēte. Flegiſſe ſtulte. ſ. qḋ te poti⁹ ꝙ regna vel virtutē elegerim. In ſuo voto qḋ pꝛimū habuit: vt te haberē cōiugem. Caducam: fluxam vanā.

VBER.

Non ego: incipit ſe laudare a nobilitate. Nō de. vel vilis genere: vel ia maioꝛum virtute remot⁹ Generoſe: nobiliſſime. Turpiter: dedecoꝛoſe: ſed cū magna laude tua. Pleiada: ſue genealogie vetuſtatē repetit a ioue ⁊ electra. Nā iuppiter concubuit cū electra filia atlātis: que fuit vna ex ſeptē pleiadib⁹: que in celū in ſtellas tranſlate ſunt: ⁊ ex ea genuit Dardanuꝫ: a quo troiani oꝛiginē ⁊ nomē ducunt. Oui. in faſtis. Dardanū electra quis neſcit atlantide natū. ſ. Electre concubuiſſe iouem. Pleiada. i. Electram. que ita dicta eſt: vel a pelione matre: vel a pelio grece nauigo: quia nauigātes ſolent pleiades ipſas obſeruare. Medios a. i. qui ſunt inter iouem ⁊ nos intelligit Eryctonium Troum Ilum: Aſſaracū Capi ⁊ reliquos. Oꝛa: regio Beatioꝛ: ditioꝛ vt diximus ſupꝛa. Obennda: circuneūda. Finibus immenſis: pꝛopter magnos fines ⁊ ambitus Innumeras: infinitas. Que dicas decere ſuos deos: id eſt q̄ ſunt oꝛnata: ⁊ talia que deceāt quibus ſunt dicata. Ilion: cōmemoꝛat hoc oppidum pꝛecipue in quo ſedes erat regnū aſiaticoꝛum Structa: edificata. Canoꝛe: id eſt ſono, ablatiu⁹ eſt caſus. Lyre phebee. q2 vt alibi diximus Neptunus et phebus menia Ilij condiderunt. Eſt autem Ilium oppidum ipſius troie maximum ⁊ celeberrimum. Nam troia eſt regio. Troades: mulieres troiane. Occurrent: venient obuiam. Agmine: multitudine. Capient: continebūt: quia erunt plures ꝙ poſſint ſtare in noſtra domo. Achaia: grecia. Vna do. ſ. quelibet ſola domus noſtre regionis habebit opes vni⁹ noſtre vꝛbis. Nec. m. ne videatur ſpernere greciam dicit ſe venerari plurimum lacedemona terra natalem

fius helene. Spartē lacedemona. Beata: felix. Mihi: iudicio meo. Parca. nō luxurioſa neq̃ ſumptuoſa in veſtibus. Tu digna cultu diuite: id eſt tu mereris oꝛnatum ſumptuoſum. Non. f. nō conuenit. Paratibus: oꝛnatibus: cultibus. Sine fine. infinite. Luxuriare: abundare affluere. Cum videas. Sumit argumentum oꝛnatus mulierum ab oꝛnatu viroꝛum: qui ſolent eſſe minus delicioſi: cum ego videas viros ita cultos.

ASCEN. ¶ Meas flāmas. ſ. amoꝛis. i. ad moꝛtē vſq̃ te amaſſe3 ⁊ tui amoꝛe arſiſſe3. Prepoſui regnis docet quāti eā faciat ⁊ fecerit. Cū enī tres ille ſūme dee iudiciū pulchꝛitudinis ad paridē referrēt ⁊ iuno regnoꝝ dea (eſt enī aer ſup terrā vbi gerit oīe moꝛtaliū regnū) ꝓmitteret pulcherrimū regnū: ⁊ pallas dea ſapiētie (nā ex cerebꝛo iouis. i. puriore igne nata dr̄. vn̄ vis ingenij et intellect⁹ infundi putat) ꝓmiſiſſet bellandi ꝑitiā dicēs te ſi me ſequeris nō abſtrahet inuidus erroꝛ. Ven⁹ aūt ꝑ quā oīa q̄ naſcūt veniūt ⁊ oꝛiunt. pulcherrimā puellā ꝓmitteret dicēs vt nō ignobilis auctoꝛ deſcripſit. Plectra ſopoꝛa: ioci: plauſus: laſciua voluptas. H mea ſi relīqs: me pfers ipſa3 puellā. Pro mercede dabo q̄ non foꝛmoſioꝛ vlla. Rn̄dit paris. Grata mihi tua foꝛma ven⁹: tua munera grata. Pl⁹ alijs mihi mēte ſedes: certaminis ecce pign⁹ habe victrix auri ſpectabile malū. In qua te ſignificat qd hic poeta expſſe docet: qꝛ paris dū helenā rapuit ob pulchꝛitudinē: cū q̄ neq̃ regnū neq̃ bellādi gl'iam aut ꝑitiā hr̄e potuit: voluptatē gl'ie ⁊ ſapiētie ꝑtulit. triplex enī aūt bonū: honeſtū vt ſapiētie qd pallas cōfert: vtile vt regnoꝝ cui⁹ iuno admiſtratrix. vn̄ eolus ad eā li. enei. i. Tu mihi qdcūq̃ h regni: tu ſceptra iouēq̃ ꝯcilias: ⁊ delectabile vt voluptatū q̄ beluis cum hoīb⁹ cōes ſunt. Jō dicit dictoꝝ carminū auctoꝛ. Hac in lite triplex: hoīm: mellita: poeſis: Depinxit ſtudiū: quoꝝ dat optio cūctꝫ. Fallunt tn̄ optādo pleriq̃ ſequaces. Lux⁹ h3 multos: honoꝛ ⁊ ſapia paucos ⁊c̄. Nupta ſoroꝛq̃ ⁊ ſoroꝛ ⁊ coniūx iouis: iuno ſc3. Cōtempta eſt virt⁹. i. bellica q̄ ſine ſapia nō recte admiſtrat. vn̄ pallas tā ſeptētis q̄ belloꝝ dea eſt. nec piget. haud vnq̄ ſtulte elegiſſe videboꝛ. ſup. mihi non negat qn elegerit ſtulte: ſ3 tn̄ amāti nō ita videt. vn̄ cec⁹ fingit amoꝛ. Spe3 mō. i. dūmodo. repetit aūt vn̄ incepat. Que rata ſit ⁊c̄. Nō ego ꝯiugiū. docuit licitū eē qd petijt: qꝛ diuino monitu ⁊ ꝓmiſſu. docet etia3 ex ꝑſona ſua: qꝛ nō min⁹ nobilis ſit imo nobilioꝛ ⁊ ditioꝛ ⁊ foꝛmoſioꝛ ⁊ amoꝛoſioꝛ: ⁊ tali femina dignioꝛ q̄ menelaus. deīde q̄ eā nō ad ꝯcubinatū: ſ3 ad ꝯiugiū poſcit. Nobilitatē aūt phꝛygū ꝓbat ex ganymede deoꝛum pincerna. titono auroꝛe coniuge: ⁊ anchiſe veneris amatoꝛe: immo ſi heleno virgiliano credimus coniuge: dicit enim. Coniugio anchiſa veneris dignate ſuperbo. Pleiada. ſcil3 electrā dardani matrem ex qua iuppit dardanum genuit troianoꝝ ꝓgenitoꝛem. Beatioꝛ. i. ditioꝛ ⁊ meli⁹ hn̄s. Canoꝛe. i. cātu ſonoꝛo. h canoꝛ hui⁹ canoꝛis. dr̄ enī apollo cū neptuno menia troiana fabꝛicaſſe ꝯuocādo ſaxa ad ſonū lyre q̄ mō amphion ad ꝯſtructionē meniu3 thebanoꝝ. vn̄ Hoꝛa. in arte. Dict⁹ ⁊ amphion thebane ꝯditoꝛ vꝛbis. Saxa mouere ſono teſtitudinis ⁊ ꝑce blāda ducere q̄ vellet. Qd adeo fictū ē: qꝛ eloquētia vt dicit cicero li. i. rhetoꝛices in ꝑfatiōe videl3 vir qdā eloquētia (quē ꝑ canoꝛē h intelligit) ꝓdit⁹ ꝑm⁹ hoīes ſilueſtres ī ciuitatis cōcoꝛdiā ⁊ ad menia ꝯſtruēda ꝯcitauit. vt iductū libꝛo atteſtat Hoꝛa. Neptun⁹ aūt q̄ aquarū de⁹ ē adiutoꝛ fuiſſe dr̄: qꝛ ſine aqs nō fit ꝯglutinatio: ⁊ ad eas deſcēdūt fūdamēta q̄ neptuno ſacrant. vn̄ qꝛ vt ī fabulis ē iuſiurādū nō ſeruauit Laomedon. dr̄ enei. ij. Neptun⁹ muros magno emota tridēti. fundamēta q̄tit. Opes vꝛbis. i. q̄ ſufficiāt vꝛbi. Sparte grece. nam latine dr̄ ſꝑta. Nō facit. i. nō eſt idone⁹ loc⁹ iſte. i. vilis. Luxuriare. i. ſupfluere ī q̄uis re. vn̄ ⁊ ſegetes nimiū vegete luxuriare dr̄: ⁊ qꝛ habitio nimis ampla venerē excitat vocam⁹ carnis petulātiā luxuriā. cū videas cult⁹ nr̄a de gēte viroꝝ hūc dānat ī enea iaebas enei. q̄rte dicēs. Et nūc ille paris cū ſemiuiro comitatu Meonia mētū mitra crinēq̃ madentē: Subnixas rapto potit ⁊c̄. Et eūdē laudat paris ſ3 mulieri. veruntn̄ ſunt qb⁹ anim⁹ eſt lōge ali⁹: de quib⁹ videl3 dicit Juuenalis ſaty. vi. Ferrum eſt qd amant.

ANTO. ¶ Teraneo rure: extenuat ⁊ cultū ⁊ patriā: laudatis phꝛygū delitijs. Terāne vic⁹ laconie: vbi nata ē Helena. herodo. Terāne ſcribit eē helene tēplū ſupꝛa apollinis fanū. Phꝛyx erat. felicitatē patrie cōmēdat a genere. Nectare miſcet aquas. Ganymedē ſignificat: q̄ rapt⁹ ī ida fact⁹ ē iouis pincerna. ꝯiunx auroꝛe: is ē Titonus. lōgeu⁹ ſenex quē amoꝛe ꝯiugē fuiſſe ꝯſtat. ex qb⁹ Mēnō nat⁹ ē quē achilles gemit: dū cremaret

Juno
Pallas
Venus

Luxuriare

Terāne

Quales dardanias credis habere nurus.
Da modo te facilem: nec dedignare maritum:
Rure teramne nata puella phꝛygē
Phꝛyx erat: ⁊ noſtro genitus de ſanguie q̄ nūc

Cum dijs potando nectare miſcet aquas
Phryx erat auroꝛe cōiūx. tamen ab ſtulit illum
Extremū noctis que dea finit iter.
Phrix erat āchiſes volucrum cui mater amoꝝ
Gaudet in ideis concubuiſſe iugis.
Nec puto collatis forma menelaus ⁊ ānis
Judice te: nobis ante ferendus erit.
Non dabimus certe ſocerum tibi clara fugantē
Lumina qui trepidos a dape vertat equos.
Nec pater ē priamo ſoceri de cede cruentus
Et qui mirthoas crimine ſignet aquas
Nec proauo ſtygia noſtro captantur in vnda
Poma: nea in medijs queritur humoꝛ aquis nec
Quid tū hoc refert ſi te tenet oꝛtus ab illis

in auē verſus creditur: que cū volitare circa eius ſe ſepulchꝛum ad troiā ſolū cōſpiciātur. Mēnōie: ſt nūcupate. Mat amoꝝ: ea ē Venꝰ quaȝ cū ſimoenta fluuiū anchiſes ꝯcubuit ⁊ ex his natꝰ eſt eneas Nec puto collatis: ſeipſū ꝯmēdat a forma et etate. Menelaūq; in cōtemptum ducit: obijciens ſuoꝝ maioꝝ ſcelera. Socerū tibi clara fugantē lumina cenā Thieſte obijcit a q̄ ſuos radios auertiſſe ſolem poete ſcribunt Atreus et thieſtes pelopis filij alternis annis Micenarum imperiū tenebāt: Mercurius filij mirtili necem: quem in mare pꝛecipitarat pelops maxime dolens diſcenſionē fecit ita vt Thieſtes arietꝫ martij pellē aureā: que apud atreū ſeruabat: haberet. Europē: quā alij meropem appellant vitiauit. vnde nati ſūt Tantalus pliſtenes ⁊ arpagines. quos ſimulata pace: vbi facinꝰ cōperit atreus frater epulandos pueros appoſuit. a tanto facinoꝛe ſol dicitur radios auertiſſe. A dape. ex cena thieſte qua filios deuoꝛabat. De cede ſoceri. Pelopē ſignificat qui Myrtilum aurigam in mare pꝛecipitauit. Oenomaū: ſocerum trucidauit. Myꝛthoas aquas a pꝛecipitato myꝛthilo myꝛthoas dicimus. — Thieſtes

Captantur in vnda poma. ad Tantalum pelopis patrem hoc refert: qui ſitibundus in media aqua: eſurienſq; cum aduertiſſem omnis generis poma habeat nec bibere nec famen ſedare datum eſt. Te tenet: vi poſſidet: non voluntate. Menelaus q̄ a tātalo genꝰ ducit. Huic domui. enūciandum cum contemptu eſt. — Pelops Tantalus

¶ Qualem: quaſi dicat. multo ſumptuoſioꝛē: ⁊ ſplendidioꝛē. Nurus puellas. Facilē. exoꝛabilem. nō duram: vt faciles venerare Napeas. Rure teramneo. Teramne Lacone oppidum eſt. Pomponius mela in Laconide teramne. Lacedemō. Amycle phꝛyx erat: laudat phꝛygū nobilitatem. Qui nunc cum dijs potando Ganimedem intelligit. hic filius fuit trois regis Troianoꝛum amatus a ioue: qui cum in Jda venaretur a ioue in foꝛmam aquile tranſfigurato raptus eſt: et expulſa hebe que ſibi miniſtrabat: Pincernā ſuū inſtituit. Ouidiꝰ libꝛo quinto metamoꝛ. Arripit iliadē qui nunc quoq; pocula miſcet. Jnuitaq; ioui: nectar iunōe miniſtrat. Nectare: nectar poculum eſt deoꝛum. Auroꝛa coniunx: ideſt tithonus. is frater fuit Laomedontis qui ab auroꝛa amatus et ea genuit Mennona: qui poſtea in auxilium troianoꝛum miſit. Que finit extre. iter noctis: q: auroꝛa tenet cōfinia lucis quā inchoat: et noctis quā finit. Anchiſes. is filius fuit Dapis foꝛmoſiſſimus amatus a venere cuȝ quo concumbens in monte ido poſtea apꝰ Simoenta fluuium genuit eneam. Volucrum velocium: habentium alas. Amoꝛum: ſunt enī gemini vt alibi diximus. Gaudet: quaſi re honeſta. vnde et apud Vir. Coniugio anchiſe venerꝭ dignare ſuperbo. Jugis vertice. Nec puto: laudat ſe a pulchꝛitudine ⁊ foꝛtitudine: quibus duabus rebus pꝛeponit ſe menelao. Collatꝰ: comparatus. Te iudice: iudicio tuo. Non dabimus. ita laudat ſe: vt depꝛimat patrem menelai. dicit enim ſe non habere patrem: qui ſit futurꝰ ſocer Helene: qui filios coxerit: et ſolem eo ſcelere fugauerit. Fugantem: repellentem. Trepidos: vel territos: vel feſtinos. A dape: a conuiuio ſuo ſcelerato. Fabula hoc habet: atreus et thyeſtes fratres fuerunt filij Pelopis: atreus vxoꝛem habuit Eropē nomine: quaȝ cum frater Thieſtes ardenter amaret: cum ea concubuit: quod cum frater intellexiſſet: in vltionē huius ſceleris filios coxit et comedendos fratri appoſuit: aſſimulata cū eo concoꝛdia: hanc rem ne ſol videret: dicit — VIII.

auertiſſe ſe. de hac reſcripta eſt Tragedia apud grecos. et atreo creditur natus Menela⁹. vn̄ eſſet ſocer Helene: dic ergo. non dabo tibi talem ſocerum qualis fuit attreus: qui humanas dapes fratri apponat. Nec pater eſt. i. nec pater priami auus meus. Socerū ſuum interfecit ſicut pelops auus menelai: diximus ſupra in epiſtola hermiones fabulam Oenomai patris hyppodamie: quā pelops curſu vicit. His autē pelops vt regno ſoceri potiretur: eum interfecit. Et qui myrthoas: ideſt nec dabimus auum. qui aliquē in mare precipitauerit ſubmergēdum: ſicut pelops myrthilum auriga hyppodamie quo fauēte eā vicerat in mare precipitauit: a quo mare myrthoum dictum eſt: hec fabula loco ſupradicto narrata eſt. Nec proauo: amplificat odium gētis Menelai: dicens. Nec proauus meus dānatus eſt apud inferos eadem pena: vt aquas vſq̄ ad os habeat et poma: neq̄ tamē bibere aut comedere poſſit: ſicut tantalus proauus menelai. Tantalus enim cum eſſet familiariſſimus deorum et iouē cum ceteris dijs ad conuiuium inuitaſſet: dicitur penelopem filium ſuum coxiſſe: et deis comedendum appoſuiſſe: vt eorum diuinitatē tētaret. a quo oēs abſtinuerūt excepta Cerere que humerum eius conſūpſit: poſtea cū dij eum ad vitam reuocare vellent: humerus eſt ei eburneus reſtitutus. vnde Virg. humeroq̄ pelops inſignis eburno. Inde tantalus hac pena damnatus apud inferos dr̄: vt nec vndis nec pomis tangentibus ora perfruatur. Sunt tamē qui eum hac pena non propter cedē filij: ſ3 q2 indicauerit arcana deorum dānatū putent: quod quidē Oui. in pri. o amorū ſignificat. Querit aquas in aq̄s: et poma fugatia captat tantalus. Hoc illi garrula lingua dedit. ⁊ idē li. iij. amorum. Sic aret medijs tacti vulgator in vndis. Pomaq̄ q̄ nullo tēpore tāgat hēt. Euripedes dicit eum ſuſpenſum in aere propterea quod aduerſus eos eſſet maledictus. Quid refert: quid intereſt: quid mihi prodeſt maiores menelai tales eſſe. Si ortus. i. ſi menelaus natus ab illis. Tenet te: placet tibi.

ASLEN. ¶ Nec puto collatis ⁊c. Quod ſumme neceſſariū erat. incipit menelai amorē excludere. ſicut maro dicit abolere ſicheū. Socerū. ſ. thieſten: ſ3 priamum. Nā a cena thieſte auertit ſol equos. ad qd̄ alludit dido enei. i. dicens. Nec tam auerſus equos tyria ſol iungit ab vrbe. Nec pater. ſ. pelops thieſte pater qui pleſtenē genuit vn̄ agamēnō et menelaus nati ſunt: q̄uis atride dicantur. Nec proauo. ſ. tantalo: qui proau⁹ eſt menelai: quia pater pelopis.

ANTO. ¶ Heu facin⁹ indignum: narraturus que aſſiduo maxime in amore moleſta ſunt ab excādeſcētia incipit. Vir deniq̄ menſa: ecce q̄ augebat miſeriam: q̄ menelaus vt volebat fruebatur: ipſe vero vix cōſpicere poterat. Hoc tempus: dum diſcumbimus. Ruſticus: cū ſtomacho eſt hoc enunciandum. Rumpor: torqueor inuidia. Fouet: laſciue tractat. Inuito: faſtidito pre dolore. Creſcit: non conterit: ſed durior efficitur. Flammā cōpeſcere: cohibere amoris eſtū infuſo fortius mero. Ebrietas: fuit ignis in igne: accēdit amoris inſaniā. Recumbo: diſcūbo dicēdū fuerat: ſi carmē permiſiſſet. Reuocas oculos. in te vertis pre deſiderio: non poſſum inq̄t me cōtinere: qui ad te oculos reuocē. Quid faciā: cōicatō hec miſeratione mouet. Abeſſe doleo: cū video tuos ⁊ menelai viſus: ſed multo forti⁹ ſollicitor: dum te non video. Qua licet et poſſum: modeſtiam ſuam i amore commendat. Tibi ſoli. non Menelao: non alijs. Ora reflexi: vultum alio conuerti. Ille: tacuit ob inuidiam nomen: ⁊ menelao locuturus. Amorē aliquē: quo pacto multi amarint expoſui. Ad tuos vultus: ad te ipſam conuerſus ſingula verba exprimebam. Iudiciumq̄ mei: me amare indicaui. Sub falſo nomie: ſub nomine alieno: nam quem alium dicebam: is ego erā. Petulanti⁹: multa obloquēdi licētia. Aditū dedere prebuerunt ad cōſpiciēdū viā.

Cogitur huic domui iuppiter eſſe ſocer
Heu facinus totis indignus noctibus ille
Te tenet amplexu perfruitur que tuo
At mihi conſpiceris poſita vix deniq̄ menſa:
Multaq̄: que ledant: hoc quoq̄ tempus hēt.
Hoſtibus eueniant cōuiuia talia. noſtris:
Experior poſito qualia ſepe mero.
Penitet hoſpitij: cum me ſpectante lacertos
Imponit colle ruſticus ille tuo.
Rumpor: et inuideo quid nūc tamē oia narrem:
Membra ſuperiecta cum tua veſte fouet.

Oſcula cum vero coram non dura daretis:
Ante oculos poſui pocula ſumpta meos.
Lumina demitto: cum te tenet arctius ille
Creſcit ꝛ inuito lentus in ore cibus.
Sepe dedi gemitus: ꝛ te laſciua notaui
In gemitu riſum non tenuiſſe meo.
Sepe meam volui flammã cõpeſcere: at illa
Creuit: et ebrietas ignis in igne fuit.
Multaqꝫ ne videam: verſa ceruice recũbo
Sed reuocas: oculos protinus ipſa meos.
Quid faciam dubito: dolor eſt meus.
Sed dolor a facie maior abeſſe tua eſt:
Qua licet ꝛ poſſum luctor celare furorem
Sed tamẽ apparet diſſimulatus amor.
Nec tibi verba damꝰ: ſentis mea vulnera ſentis
Atqꝫ vtinam ſoli ſint ea nota tibi.
Ah quotiẽs lachrymis venientibus ora reflexi
Ne cauſam fletus quereret ille mei.
Ah quotiẽs aliquem narraui potus amorem:
Ad vultus referens ſingula verba tuos:
Indiciũqꝫ mei ficto ſub nomine feci.
Ille ego ſi neſcis: verus amator eram.
Quin etiam vt poſſem verbis petulantius vti
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.
Prodita ſunt memini tunica tua pectora laxa.
Atqꝫ oculis aditum nuda dedere meis.
Pectora: vel niuibus puris: vel lacte: tuamqꝫ:

¶ Cogitur: ſubandi ſi iuppiter cogit eſſe ſocer huic domui: ideo cõtra voluntatẽ ſuã cõpellitur eſſe ſocer ipſiꝰ menelai: qui eſt de gente ita ſcelerata ꝛ impia. nã ſi helena q̃ eſt filia iouis ſit eius vxor: neceſſario iuppiter erit eius ſocer. Heu facinus: pergit adducere eũ in odiũ. Indignus: qui nõ mereatur talem vxorem. Mihi. q. d. qui te amo ex corde. Vix denicqꝫ. i. eciam cum difficultate. Poſita: parata. Hoc tempꝰ: menſe ꝛ cene. Que ledunt: que diſplicent. Eueniant: optãtis eſt. Talia: ira acerba. penitet hoſpitij: id eſt penitet me eẽ in ea domo. Ruſticus: incultus ſine moribus ꝛ blãditijs. Rũpor ſcilicet dolore. Cũ ille menelaus fouet tua membra veſte ſuperiecta id eſt cũ te amplectitur: ꝛ tenet in vlnis ſub veſte ſua. Quid non: hec dicta ſunt per parenteſim. Non dura. mollia ꝛ laſciua. Poſui po. ante ocu. ne viderem. Demitto: inclino. Arctius: ſtrictius. Creſcit in ore cibus: videtur creſcere: qꝛ pre dolore comedere non poſſum. Iuue. iterqꝫ molares difficili creſcente cibo. et anxietate enĩ cibꝰ multum comaſticatus ꝛ commanſus vix poteſt demitti per fauces. Notaui: aduerti. Compeſcere: coercere. Ebrietas fuit ignis ĩ igne quia ex vino creſcit amor. Ouidiꝰ libro. iij. de arte. Cũ veneris puero non male bacche facis. idẽ. Vina parant animos: faciuntqꝫ caloribus aptos. vnde ꝛ paulꝰ apoſtolus. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Recũbo: diſcumbo ad menſam. Ceruice verſa: verſo capite in aliam partem. Protinꝰ: ſtatim: quia non diu poſſum manere quin te aſpiciam. Maior: ſcilicet q̃ videre. Abeſſe: diſcedere. qua licet quatenus licet. Luctor: conor diſſimulatus: occultatus. Nec damus verba: nec te decipimꝰ. Tibi ſoli: ne aliud aduertat. Reflexi: retroflexi: ne viderer lachrymari. Ipſe maritus tuus. Potus: cum bibiſſem. Aliquem amorem: id eſt amorem alicuius. Referens: conuertens ad tuos vultus: vt intelligeres me ea dicere propter te. Indicium: demonſtrationem mei ipſius ſub nomine ficto. nam cum aliũ nominarem amantem de me ſignificabam. Ille: cuius amorem narrabam. Hec autem omnia eſſe facienda ab amatore oſtendit Ouidius libro ſecundo de arte. Hic tibi multa licet ſermone latentia tecto Dicere: que dici ſentiat illa ſibi. Blanditiaſqꝫ leues tenui perſcribere vino: vt

dominā immenſa ſe legat illa tuā. Atꝫ oculos oculis ſpectare fatētibus ignē ⁊c̄. Petulantiꝰ licentiꝰ:audaciꝰ. Non ſemel.i.ſepius. Simulata.i.oſtendi me eſſe ebriū:qđ Oui. in.ij. de arte ꝑcipit. Ebrietas tu vera nocet ſi ficta iuuabit. Facti tubet bleſo ſubdoſa ligna ſono. Et quicq̄d dices facieſue ꝑteruiꝰ eque Credatꝛ nimiū cauſa fuiſſe meruꝫ. Prodita:aperta. Tunica la.i. larata.⁊ largiꝰ aperta. Nuda.ſcꝫ pectora. Dedere aditū oculis.i.viſa ſunt oculis meis. Pectora:laudat pulchritudinē:⁊ candorē eiꝰ pectoris.dicit fuiſſe comparē vel niuibꝰ intactis:vel lacti:vel ei cygno in quē iuppiter transformatus concubuit cum leda eiꝰ matre.cum em̄ om̄s cygni ſint candidi:credibile eſt illum fuiſſe candidiſſimum.

ASLEN. ¶ Cogitꝛ huic.ſ.tam ſceleſte:domui.i.familie iuppiter eſſe ſocer:quaſi dicat tā bonus deꝰ: qꝛ iuppiter dictus eſt iuuans pater.indignū ergo cenſet helenā filiā iouis ex leda tindari vxore ꝓgenitā in tam ſceleſtā familiā detruſaꝫ:innuens contra ſe ea dignū.quippe qui de ſanguine iouis ortus ſit. Et te laſciua.per gratā petulantiā:libertatē ac ꝓteruiā hoc ꝓfert paris: quaſi inuidia parcitus ⁊ zelotopia eſtuans qua re nihil gratiꝰ amantibus. Sic Maro. Malo me galathea petit laſciua puella. Ebrietas.i.ſupabundātia vini fuit ignis.i.incendiū in igne.i.in amore. Aut ebrietas ignis.i.amoris:fuit ī igne.ſ.indignatiōis. Quid faciā dubito. Amatorie docꝫ cruciatū ſuū cū neꝗ videre neꝗ non videre patiatꝛ eam.nā videnti dolet a ruſtico tractari: non videnti non poſſe talem vultū contēplari. Narraui potus. qꝛ poſt potū ⁊ laſciua narrari ſolēt ⁊ liberiꝰ:incautiuſꝗ.vn̄ flaccꝰ dicit. Reges dicuntꝛ multos vrgere culullis. Et torquere mero ⁊c̄. Prodita ſunt. qꝛ gaudent ſummoꝑe formoſe laudari.laudat eā a forma ⁊ lepore corporis. Ioue cōplexo matrē:qꝛ cōuerſus in cygnū cōplexus eſt ledam que ex eo ⁊ tyndaro duo oua concepit. ex quoꝝ altero natus pollux ⁊ caſtor. vn̄ Horatius.ouo prognatꝰ eodē ⁊c̄. Creditꝛ tn̄ caſtor tindari filiꝰ ⁊ ob id mortalis fuiſſe.

Anſa Anſa eſt qua capitur poculuꝫ.in buco. Et grauis attrita pēdebat cantharus anſa. Erant autē aliquādo anſe tortiles.i.ītorte:⁊ interdū ſculpte: vnde in eiſdē Et molli circum eſt anſas amplexus achanto.

ANTO. ¶ Ioue qui in forma oloris cum leda concubuiſſe traditꝛ. Eſt olor pennis candidiſſimis. Tortilis anſa in poculis anſe alie leues erant alie tortiles. Veteres amores:veterū geſta in amore:vt pyrrhami ⁊ theſei ⁊ Herculis. Reſupinꝰ:ꝓiectus molliter:vt nimio vīo pleni facere cō

Clymene ſueuerunt:veluti polyphemus apud Virg. Cum tradit medio reſupius in antro. Clymenem

Ethra ethrāꝗ: Septuniꝰ tradit duas has Menelai affines fuiſſe relictas ad Helene cuſtodiā que cū paride fugerūt:hoc tranſitu in ſollicitudine helenā relinquit honeſte in alias ſermonē transferens. Formidare:dicunt facile poſſe venire in meaꝫ ſententiā niſi timerent:ne res ante factū reſciret Menelaus. Medias preces. Quod ſignum eſt formidantis. Dij facerent exoptatione audacia amoris gratia ſubeundis certaminibus firmat. Magni certaminis:qđ certamē ꝗuis

Hyppomenes magnum:ſi tu certaminis eſſe premiuꝫ:ſubirem. Vt tulit hyppomenes.ex onchesto neptuni filio natus eſt megareus:qui filium habuit hyppomenē.is atalantā ſchenei filiaꝫ curſu ſuperaſſe traditur a Venere adiutꝰ que illi tria poma ex hortis experidū dedit:quibus proiectis puelle curſum impediuit:repudiabat puella coniugium:quoniam oracula tulerat cum primum nuberet:foret vt ſeipſa careret.verſa enim eſt in leonē cum viro Cybeles indignatione: quoniam in eius templo per contemptum hyppomenes vxoris virginitate libauerat in phrygios ſinus de pelope ingelligit cum ex phrygia in peloponneſum nauigaret: vt auctorē Tucidides. vxorē hyppodamiam enomai filiam duxit: quā tulit victorie ꝑmiū vt dixímꝰ Acheloia cor.cū acheloo pugnaſſe herculem ob deyaniraꝫ expoſuimus. Per has leges iſſet:vt tu ꝑmium eſſes certaminis. Iſſet for. victoriaꝫ conſequeretur. Opus: premium mee victorie. Nil ſupereſt:quoniam certaminis premiuꝫ eſſe non potes. Te cō. honeſtius culpaꝫ texit ꝙ ſi dixiſſet amica. A celeſte figar ſagitta. Caſſandra cū

Complexo matrem candidiora ioue.
Dum ſtupeo viſis nam pocula forte tenebam
Tortilis a digitis excidit anſa meis.
Oſcula ſi nate dederas:ego protinus illa:
Hermiones tenero letus ab ore tuli.
Et modo cantabam veteres reſupinis amores
Et modo per nutum ſigna tegenda dabam.
Et comitum primas clymenēꝗ:ethrāꝗ tuarū:
Auſus ſum blandis nuper adire ſonis.

Que mihi non aliud:ꝙ formidare locute.
Orantis medias deſeruere preces
Dij facerent precium magni certaminis eſſes
Teqȝ ſuo poſſet victor habere toro
Ut tulit hyppomenes ceneida premia curſus.
Que proprio curſu vicerat ante procos.
Ut ferus alcides alcheloia cornua fregit
Dum petit amplexus Deyanira tuos.
Noſtra per has leges audacia fortiter iſſet.
Teqȝ mei ſcires eſſe laboris opus.
Nunc mihi nil supereſt:niſi te formoſa precari
Amplectiqȝ tuos:ſi patiare pedes.
O decus:o preſens geminorum gloria fratrum
O ioue digna viro:ni Joue nata fores.
Aut ego ſigeos repetā te coniuge portus.
Aut hic tenarea contegar exul humo
Nō mea ſunt ſumma leuiter diſtricta ſagitta.

apud Ennium in tragedia vaticinatꝛ de troiano excidio refert celeſti ſagitta ꝑcuſſum Paridez cū citam videret claſſem pari:q̄ incendiū Troianū fuerat: celeſte dixit more veterum: qꝛ noīa que auferendi caſu enūciantur:in e quoqȝ efferebantur:vt mari et mare qđ in argonautis Varro attacinius oſtēdit cum dicit. Cingitur Oceano Lybico mare flumine nilo. et Luca.in.vij.ſue pharſalie dixit. Erepto natale feret.

VBER.

¶Dum ſtupeo.i.vix ſum apud me. Viſis:ſcȝ pectorib⁹ tuis. Anſa:dicit̄ i poculis ea pars que manu capitur:ꝛ tenet poculum. Virgili.in buc. Et breuis attrita pendebat cantarus anſa:nā manubrium ꝛ capulum de gladijs dicim⁹. Tortilis: fiebat enim anſa torta. Excidit.i.cecidit a manu. Nam pocula per parenteſim legenduȝ ē. Nate filie tue hermiones. Ego tuli illa.i.ego oſculabar illaȝ:vbi tu dederas oſcula tua. Modo:interduȝ:tegēda:celanda ꝑ nut⁹:vt ipſe in ꝓmo amoꝝ. Me ſpecta nutuſqȝ meos:vultūqȝ loquacē. Primas:precipuas et tibi intimas.

Ethram:hec credit̄ fuiſſe mater Theſei:vt alibi diximus. Adire:alloqui hic precipit. Ouidius in ſecūdo de ar. Sed ꝓus ancillam captare noſſe puelle. Cura ſit:acceſſus molliet illa tuos. Que:comites tue. Non locute:aliud nō reſpōdentes. Quā formidare:ꝙ ſe timere. Deſeruere medias ꝓces.i.noluerunt audire omnes meas ꝓces. Preciū certaminis eſſes.i. vt ꝓponeris preciū ei:q̄ te in aliquo magno certamine mereret̄. Ut tulit:ſumit exempla quorūdam qui certauerūt pro amore quos dicit ſe eſſe imitaturū. Ceneida atalantam filiam Cenei: q̄ cum ab oraculo accepiſſet vt vitaret cōiugium:cū eſſet ꝑnicitate pedum ꝓſtantiſſima:ꝛ multi eam vxorem peterent:hanc cōditionem ꝓcis imponebat:vt a ſe currendo victi morte plecterentur:victor eius coniugio potiret̄. Cum igitur inter multos:qui eam petebāt adeſſet Hyppomenes illius pulchritudine incenſus:Venerem in auxilium rogauit:q̄ ex damaſceno agro cypri tria mala aurea ei attulit:monuitqȝ vt intercurrendum virgini ea obijceret. foret enim vt illorum cupiditate tarderet̄. parens igit̄ eius ꝓceptis vnum in obliquum coniecit ad qđ ꝓprimum capiendum atalanta a curſu diuertit:mox alterū:poſtremo tertiū que omnia dum puella cupida attollere curauerat:curſu ab Hyppomene eſt preuenta ꝛ ſuperata:poſtea ingratus aduerſus Venerem fuit quare illa indignata impatientiā libidinis in eos īmiſit:ita vt in luco ſacro Cybeli matri deorum cōcubuerint:ob quā cauſam in leones conuerſi ſunt a cybele:vt ſcribit Ouidius libro decimo metha. dicit ergo Paris:ꝙ ſicut Hyppomenes nō territus cōditione mortis certamine curſus Atalantā meruit:ita ꝛ ipē idez faceret pro Helena. Alcides. Hercules. Cornua acheloia:id eſt cornua acheloi:qui ꝛ ipē ꝓ Deyanira certauit. dictū eſt in epiſtola Deyanire in eo loco. Ne pigeat pu. his tibi cauſa fui. Cornua flens. Je. ra. Ac ī vndis. Noſtra ſubauditur:ſicut. Per has leges:ꝑ tales cōditiones auſus eſſem ire. Teqȝ eſſe opus mei laboris. i. te meo labore eſſe compatam. Nil ſupeſt:nil reſtat qꝛ non proponeris talibus certaminibus. Amplectiqȝ pedes:qđ ꝓcantes facere ſolent. O decus:ꝓcatur eam:ꝛ laudat ſimul. Fratrū: caſtoris ꝛ pollucis. Digna viro Joue:digna q̄ eſſes vxor iouis niſi eſſes filia. Sigeos:troianos

Te coniuge:te aducta mecũ in coniugem. Aut:comite.ſepeliar. Dumo tenarea: in hac tua terra Laconica. Exul:nunq̃ amplius domum reuerſus. Diſtricta: percuſſa. Leuiter:parum: ſed vehementer.

ASCEN. ¶ Et comitũ primas.i.principes inter pediſſequas ac comites tuas.q᷑ ab illis vt in de arte docet auſpicandus eſt amatoribꝰ aditus. Que non locutus mihi aliud q̃ formidare ſup.ſe:deſeruere medias p̃ces. Orantis.ſ.mei:hoc eſt p̃ces meas orantis eas.⁊ ita ſignificat longe aliđ reſpondiſſe:ſed minatas fuiſſe illi mortẽ ſi amplius loqueret᷑:nec voluiſſe auſcultare: vnde q᷑ ſecluſa eſt via ꝑ eas exclamat.q.d.O vtinam dij facerent ⁊c. Dij facerent:ſubaudi vtinaꝫ.q.d. ſi daretur aliqua tui acquirende via adirem:etiã cum vite ꝑiculo ſicut atlantaꝫ acquiſiuit Hippomenes:⁊ Deyaniram Hercules:vt in deyanira p̃tractum eſt. In phrygios ſinus:hos ver ſiculos nõ omnes codices habẽt:imo pauciſſimi.vt a celeſte.rara declinatio:nam celeſti regulariter dicitur.verũ ſicut celeſte licẽter dixit:ita ⁊ in genitiuo plurali ſceleſtũ pro celeſtuꝫ ſicut ⁊ maro. Celeſtum vis magna ⁊c. Lis eſt cum forma.ſic Juuenalis. Rara eſt concordia forme Atq̃ꝫ pudicitie.

ANTO. ¶ Parce dum fatis:arguit amorem hunc fore neceſſarium a fato. Datum:qđ fata conſtituerunt. Excipe:id eſt ex cauſa petitionem honeſtiorẽ facere videtur. Vene.ma.maritalem pudicitiam. Juraui.le.interpretat᷑ maritam venerem. Lis eſt cũ forma magna pudicitie: hec ſentẽtia vtitur Petronius.qui tradit pudicitiam cũ formam ratam feciſſe mixturam. His gaudet: probat factũ ab auctoritate deorũ. Ego ſolus: mecũ tantũmodo pecces cũ alijs caſtitatem ſerues. Nunc ea pecce:ea peccata cõmittamus. Hora.i.cõiugium quicquid peccatum fuerit. Sꝫ tibi ⁊ hoc.ſ.facilitatem ſuadet a Menelai abſentia. Creſſa regna:in cretam nauigaſſe menelaum. Paride domi relicto expoſuimꝰ. O mira caliditate.dicit Menelauꝫ in contemptum eius factum irridens Hoſpitis idei.c.cõmemoratõe hac iuſtam eius petitõem agere conat᷑. Agas curam hoſpitijs:paridẽ cures. Pro nobis:loco nr̃o ea rõne dictum eſt:vt ꝓconſule ⁊ ꝓ pretore. ⁊ Cicero in ꝓportõe Timeo dixit Sine pe.infuſum ſignificare voluit. Nã vt vecordes dicimꝰ:q̃ nullius ſunt cõſilij:ita ſine pectore inſanos appellamus. Dotes:forme elegantiam. Aut erimus ſtulti:a cõtrario ſuadet:non ſumus ſtulti ideo vtemur data opportunitate. Securũ:ſine dubitatione a Menelao.

UBER. ¶ Vulnus:amoris. Ad oſſa:in mellas:hic oſtẽdit amorem ſuum eſſe fatalem:quem dicit p̃dictum ſibi fuiſſe a Caſſandra ſorore ſua diuinatrice. Repeto:in memoriã reduco. Fore:futurũ eẽ. A.ſ.c.i. ab amore celeſtis mulieris: notãdus eſt autẽ hic ablatiuus celeſte in e contra regulaꝫ deſinẽs neceſſitate metri. Parce:ſerua.noli helene.vocatiuus eſt a noĩatiuo helena. Sic:adiurãtis eſt. Faciles: exorabiles benignos. In tua vota:ad ea q̃ optaueris. Subeunt: ſuccurrunt:veniunt in mentem q̃ poſſim ſcribere. Coram p̃ſentes. An pudet:excipe me lecto tuo. Legitimi:menelai quem legitimuꝫ tibi putas. Simplex:imprudens. Ne ruſtica dicam:q̃ſi dicat

Pectora deſcendit vulnus ad oſſa meum
Hoc mihi nam recolo fore vt a celeſte ſagitta
Figar:erat verax vaticinata ſoror.
Parce datum fatis helene cõtemnere amorem
Sic habeas faciles in tua vota deos
Multa quid ſubeũt: ſꝫ coram vt plura loq̃mur.
Excipe me lecto nocte ſilente tuo.
An pudet et metuis venere temerare maritam.
Caſtaq̃ꝫ legitimi fallere iura viri.
Ah nimium ſimplex helene(ne ruſtica dicam)
Hanc faciem culpa poſſe carere putas
Aut faciem mutes:aut ſis nõ dura neceſſe eſt
Lis eſt cum forma magna pudicitie
Juppiter his gaudet:gaudet Venꝰ aurea furtis
Hec tibi nempe patreꝫ furta dedere iouem
Vix fieri ſi ſint vires in ſemine amorum.
Et iouis ⁊ lede filia caſta potes.

Caſta tamen tunc ſis: cum te mea troia tenebit
Et tua ſim queſo crimina ſolus ego.
Nunc ea peccemus que corrigit hora iugalis
Si modo promiſit non mihi vana venus
Sed tibi ⁊ hoc ſuadet rebus non voce maritus
Neue ſui furtis hoſpitis obſtet: abeſt.
Non habuit tempus: quo creſſia regna videret
Aptius: o mira calliditate virum.
Ipſe abit. idei mando tibi dicit iturus:
Curam pro nobis hoſpitis vxor agas
Negligis abſentis (teſtor) mandata mariti:
Cura mihi non eſt hoſpitis vlla tui.
Huccine tu ſperas hominē ſine pectore dotes
Poſſe ſatis forme tyndari noſſe tue:
Falleris: ignorat nec ſi bona magna putaret
Que tenet: externo crederet illa viro.
Vt te nec mea vox: nec te meus incitet ardor
Cogimur ipſius commoditate frui
Aut erimus ſtulti: ſicut ſuperemus et ipſum:
Aut tam ſecurum tempus abibit iners:

qđ etiam poſſum dicere ſi habes hunc timorē. Hanc talē: tā pulchram. Putas quaſi dicat falleris Mutes fa. vt non ſis pulchra. Nō d.i. facilis. Lis eſt: ſententia ē rhetorica: pudicitia ⁊ pulchritudo nō cōcorditer ſimul eſſe poſſunt. Iurara eſt a deo cōcordia forme atq; pudicitie. Furtis: adulterijs. Hec talia. Iouē. p.t. quia niſi mat̄ tua que vxor erat. Tyndarei: cuȝ ioue concubuiſſet non eſſet pater tuus Vix fieri: latenter oſtendit filios filiaſue trahere mores a parētibꝰ. dicit enim cum ſis filia iouis et lede: qui adulterio delectati ſūt vix potes eē caſta. ordo. tu filia iouis ⁊ lede vix potes eſſe caſta ſi vires amorum ſunt in ſemine: id eſt ſūt in generatione. i. ſi filij trahunt vī amoris a generatiōe parentū: caſta tamen dicit nunc vellim fallas maritum tuum: ſed cum eris mecū ſis caſta: ⁊ cū nullo pecces niſi mecum. Fa. pe. ea cōmittamus. Que hora iugalis corripit. i. q̄ poſtea emendabit matrimoniū: et faciet nō eſſe peccatum. corrigitur eīm adulterium cū adulteri illegitimo copulantur matrimonio. Non va. nō falſa: ꝙ ſis futura vxor mea. Sed tibi: arguit a cōmoditate: ꝙ abſentia ei mariti preſtat. Rebus effectu. Nō. u. q: nō dicit tibi vt hic facias: ſed ſignificat ſe eſſe contentum: cū me hic preſente diſceſſit: ⁊ abeſt. Ne ob. f. ſ. h. i. ne preſentia ſua impediat amorem ⁊ concubitum meum tecum. Creſia: cretenſia: nam vt dixi menelaus ꝓfectus fuerat in cretam: quo tempore paris in eius domo hoſpitabatur. O mira cal. ꝓ mire calliditatis ⁊ aſtutie: ⁊ eſt hyronia. q. d. ſimplicem ⁊ ſtultum hominē. Ipſe. q. d. ſtultus. Iturus: abiturus. Di. o. u. o Helena. Mando: cōmitto tibi ⁊ precipio. Hoſpitis idee. Paridis troiani ab ida monte phrygie. Negli. quia ei non pares. Tyranni: regis. vt virg. pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. legitur tñ etiā hic mariti. Huccine: adducit menelaū in contēptum: dicens eē fatuū ⁊ ſtultū: qui non poſſit cognoſcere pulchritudinē ipſius helene. Hūccine: ꝓ hūcne. Sine pectore. i. ſine ſapientia. Hor. in epiſtolis .i. Non tu corpus eras ſine pectore. Dotes: preciuȝ: excellentiam. Tyndari: o helena. Ma. bo. ſ. pūlchritudinem. Non cre. non committeret. Vt: ꝙuis. Mea vox: mea verba. ⁊ eſt ſenſus: licet nec verbis meis: nec vehemēti meo erga te amore exciteris: tamen eſt fallendus maritus tuus: ⁊ debes mihi morē gerere: quia ſimplex eſt ⁊ ſtultus. Vt ſupremus ⁊ ipſum: id eſt vt ſimus etiam ipſo ſtultiores. Iners. i. ſine effectu amoris ⁊ concubitus. Amantem: me.

¶ Sed tibi ⁊ hoc ſuadet ⁊c. Docȝ maritū quaſi cōſentiētē opportunitatē feciſſe q̄ i cretā ꝓficiſcēs hoſpitē domi ſue derelictū ꝯiugi tā formoſe cōmēdauerat: vñ ꝑ ironiā manifeſtaȝ exclamat. o mira calliditate virum. Hunccine ⁊c. argute ꝓbat menelaū eſſe indignum tam formoſa coniuge. Nam, pulchritudo et forma non poteſt ſatis coli et amari ab eo qui eam ignorat: ASCEN.

queadmodum menelaus qui tam ſtolidus atq; rerum imperitus erat: vt coniugem hoſpiti atq; hoſpitem coniugi commendaret. vocat ergo hominē ſine pectore .i. ſine corde. Nam i pectore ⁊ corde videtur prudentia: vnde cordatos vocamus quibus res ſue cordi ſunt atq; eas prudenter curant. Tyndari patronymicum putatiuū: putabatur em̄ tyndari filia. eſt ergo vocatiuus a nominatiuo tyndaris. Comoditate ipſi⁹ .i. quā ipe nobis per abſentiā ſuaʒ preſtat. Aut erimus ſtulti. ſi ſcʒ tam expectandā opportunitatē in vacuū tranſire ſinamus. Tēpus ſecurum in quo nos ſecuri eſſe poſſum⁹ cum abſit maritus ⁊ hoſpitio tuo ſuſceptus ſim.

¶ Simplicitate: ea que eſt excluſis omnibus criminibus: recte tantum ſuadet: et preſentia curat. Longa vel quam longiorem videri facit amoris affectus: vel que eſſet ſub hyemali ſolſtitio. Iungant: ſollicitudiem excludant. Candidior letior: vt apud propertium. O nox. c. et o tu Lectule delitijs facte beate meis. Iurabo: fraudis timorem excludit. Si pudet aut metuis purgat pudoris crimen transferens in ſe culpam. Egide factum: exemplo arguit: nec pudendum: nec timendum eſſe. Fratrum tuorum: Caſtorem ⁊ pollucem intelligit. Geminas lucipidas: Phebe ⁊ Ilairā Leucippi ex philodoce filias: quas caſtor ⁊ pollux rapuerunt: pugnarunt illarum cauſa ida ⁊ Lynceo aphareí ex harene filijs vt pyndarus ſcri. nos in metamorphoſeos diximus: de quibus ita propertius. Non ſic leucippis ſuccendit. Caſtora phebe. Pollucem cultu non Ilaira ſoror. Troica claſſis adeſt: facilitatem monſtrat: facile inquit Troiam petemus. eſt enim parata claſſis. Ibis dardanias. ſuadet facinus nō modo non eſſe pudendū ſed ſumme glorie futurum. Deam non femina: ſed deā opinabuntur. Cynnama: duo ſunt Cynnami genera album ⁊ nigrum: alterum qđ eſt precioſius naſcitur in ethiopia: vbi ſunt troglodite: portum qui ad portum gebanicarum deferunt: vnde ad nos defertur. Coronas ex cynnamo in terrafili auro in luſas primus in templis capitolij ⁊ pacis dicauit imperator Veſpaſian⁹.

Planget: concutiet mactata. Nec vt rapta time: exemplis timorem ſoluit: q; nec repetita reſtituatur nec phryges bellis ſunt laceſſendi. Ericthida: thraces ericthei atheninſis regis filiā duce Borea rapuerunt: ex quibus nati ſunt zetes et calais: vt auctor eſt Diod. Biſtonis ora: thracia ma thenienſes bello moleſtarunt. phaſida: medee rapinam exprimit: de qua diximus. Pegaſeus a pegaſe oppido theſſalo: ad quod fabricata eſt argonauis.

¶ Pene: fere ſuis manibus: quod ſolent facere lenones et lene. Tibullus. hec mihi te adducere tenebris multoq; timore. Coniungit noſtras clam taciturna manus. Sola: dicit ſe eſſe conueniēs vt ei morem gerat: et vno lecto cō iungantur: quia ambo ſoli dormiunt. Communia: que vterq; capiemus. Gaudia: voluptates. Candidior: id eſt erit mihi ita iucunda: vt videatur eſſe letior media die. Que vis: qualibet in ſacra: id eſt ſ. matrimonij: id eſt obligabo me futurum ſemper maritum tuum. Per me regna: id eſt venias in troiam. Si pu. occurrit obiectioni. ne videare ſecuta me: id eſt ne vi-

Pene ſuis manibus ad te ducit amantem
Utere mandatis ſimplicitate viri.
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili.
In viduo iaceo ſolus ⁊ ipſe toro.
Te mihi meq; tibi communia gaudia iungant
Candidior medio nox erit illa die.
Tunc ego iurabo queuis tibi numina: meq;
Aſtringam verbis in ſacra iura meis.
Tunc ego ſi nō eſt fallax fiducia noſtri
Efficiam preſens: vt mea regna petas.
Si pudet: aut metuis ne me videare ſecuta:
Ipſe reus ſine te criminis huius ero.
Nam ſequar egide factum fratrumq; tuorum
Exemplo tangi non propiore potes.
Te rapuit theſeus: geminas leucippidas illi:
Quartus in exemplis annumerabor ego.

Cordatus

ANTO.

Cynnamum

VBER.

Troica claſſis adeſt: armis inſtructa viriſq;
Jam faciem celeres remus ꝛ aura vias.
Ibis dardanias ingens regina per vrbes.
Teq; nouam credet vulgus adeſſe deam.
Quaq; feres greſſus adolebūt cynname flāme
Ceſaq; ſanguineam victima planget humum
Dona pater fratreſq; ꝛ cum genitrice ſorores.
Illiadeſq; omnes: totaq; troia dabit.
Hei mihi vix a me pars dicitur vlla futuri.
Plura feres ꝙ que littera noſtra refert.
Nec tu rapta time ne nos fera bella ſequantur
Concitet ꝛ vires grecia tota ſuas
Tot prius abductis: que nam repetita ꝑ arma.
Crede mihi vanos res habet iſta metus
Noīe ceperunt aquilonis ericbthida thraces.
Tua tamen bello biſtonis ora fuit.
Phaſida puppe noua vexit pagaſeus iaſon.
Leſa nec eſt colcha theſſala terra manu.

dearis ſponte diſceſſiſſe. Ipſe reus: volo omnem culpam huius facti in me transferri. Sequar: imitabor. Egide: Theſei fratrum tuorum. Caſtoris ꝛ Pollucis. Terapuit: dictum eſt ſupra. Illi: caſtor ꝛ pollux. Geminas leucipidas: id ē duas filias leucippi ſubaudi rapuerūt. Fabula autem hoc habet. Leucippus duas habuit filias Phebem: ꝛ Elairam: que deſponſate Ide ꝛ Lynceo iuuenib⁹ fortibus die nuptiarum a Caſtore ꝛ Polluce earum amore a accē ſus rapte ſunt cum caſtore a Lynceo interfectum dicunt. hāc fabulam ſcripſit plene Ouidius libro quinto faſto. ꝛ eam breuiter tetigit propertius Elegia.ij. his verbis. Non ſic Leucippis ſuccendit caſtora phebe pollucem cultu non elaira ſoror. Propiore: ꝙ fratrum tuorum. Tangi: moueri: incitari. Troica: arguit a facilitate diſcedendi. dicit enim ſe habere omnia parata. Ibis: pollicetur ei magnos honores in regno troie. Quaq; feres: dicit ꝙ ei fient honores tanꝙ dee. Adolebunt: cremabunt. Cynnama: genus eſt aromatis odoriferi ex arbuſcula quā ethiopia mittit. Ceſa: iterfecta ſicut numinibus. Planget: percutiet cum in terram cadet. Dona: allicit ea munerum pollicitatiōe. Iliades: troie mulieres Totaq; troia: continens pro contento id eſt omnes troiani. Ulla: id eſt minima. Feres: accipies. Nec quod: occurrit obiectioni: ꝛ eam refutat: ꝙ nulla bella propter eam mouebuntur: ꝛ probat id exemplo multarum: que rapte ſunt ꝛ nunꝙ tamen repetite. Concitet: cōmoueat contra me. Que: quaſi dicat nulla. Uanos: ſtultos: ꝛ ſine cauſa. Nomine aquilonis: hiſtoriam tetigit non fabulam. Euriſteus rex athenienſium filias duas habuit formoſiſſimas: quarum Procis nupſit Cephalo: vt ſupra diximus in epiſtola Phedre. Alteram Orythiam nomine cum rex Thracum vxorem petiuiſſet: ꝛ non impetraſſet: ille parata ꝛ inſtructa claſſe miſit: qui eam raperent: et quoniam ſpirante Borea vento qui fauet ex atthica in thraiciam nauigantibus abducta eſt: datus eſt locus fabule ꝙ Boreas ventus eaꝫ abſtulerit. Nomine parte Aquilonis Boree. Horatius regio biſtonis thracia nomiatiuus eſt caſus ꝛ forma patronymici feminini generis. eſt autem Biſtonium ſtagnum Thracie. Pegaſeus: theſſalicus: a pagaſeo ſinu. vnde ſoluit nauem: vt diximus ſupra. Paſida. Medeam. manu colcha. exercitu: et viribus colchorum: narrata eſt hec fabula ſupra: in epiſtola Hypſiphyles: ꝛ in epiſtola Medee ad Jaſona.

¶Utere mandantis ſimplicitate viri: id eſt tam ſimpliciter hoc eſt ſine caliditate obſequere: vt ille mandauerat. Candidior: id eſt melior et optatior: quia bona tempora candidis lapillis ſignabant cretes ꝛ thraces. Ipſe reus ſine te: id eſt in me omnem culpam aſſumam. nec dicam te ſecutam me ſed raptam a me. Factum egide: id eſt Theſei qui ipſam prius rapuerat: vt ipſe declarat per ſequentia. Troica claſſis adeſt. Docet faciliter rapi poſſe et diffi- ASLEN.

culter reperi: raptum quoqꝫ magis veneratum iri: q̄ dimiſſam cum pro dea apud Troiam habenda ſit. Adolebunt: id eſt incendent cremabunt. Victima planget humum ſanguineam: id eſt quam ſanguineam faciet. Plangendo: id eſt concutiendo eam pectore ſuo. vnde planctꝰ proprie fit cum percuſſione pectoris. ſicut de anna dicitur Enei. quarto. Vnguibus ora ſoror fedans et pectore palmis. Hei mihi: dici ſolet quādo rebus dicendis impar eſt qui dicit. Ut ei mihi qualis erat: quaſi dicat eloqui neſciam. Totq; prius abductis. Argumentum eſt ab exemplis idqꝫ rhetoricum atqꝫ probabile ſed non neceſſario concludens. vnde fallitur Paris. Biſtonis ora: id eſt thracia. Manu colcha: id eſt exercitu colchico. Cretas: accuſatiuus a nominatiuo cres cretis hi cretes hos cretas.

Plangere

ANTO.

¶ Minoida: de Phedra aut Ariadna intelligit quas ex creta rapuiſſe Theſeum monſtrauimus. Vocat: vocati milites dicebantur: quia vltra ſtipendiarios colligebātur. Veſtre te ſpartane potentie non ſuccumbit Aſia: ſed ea ē que greciam non formidet. Pene puer: exemplo ſuam fortitudinem probat. Cilices Troiana armenta abigebant. Paris qui tunc in ida pecora paſcebat cilices repreſſit: armentaqꝫ abacta reduxit: vnde a robore ꝛ v̄tute corporis Alexander eſt nuncupatus. Herculem quoqꝫ alexia cum corporis fortitudine appellatum ſcribit Varro. Alterū vero nomen iudicium eſſe tradunt: quoniam inter paſtores quecunqꝫ exorte fuiſſent ꝯtrouerſie componere iuſtiſſime conſueuerit. Ilioneus deiphebuſqꝫ fuit: Paris paleſtra ꝛ ſagittatione valuit: q̄ Hector ſuperatus: ira percitus paridem trucidaſſet: niſi ſibi fratrem a paſtore regio: qui illum educaret eſſe agnouiſſet. Ilioneus phorbantis filius fuit: De quo Virgilius meminit. Deiphebus ex Priamo ꝛ Hecuba natus eſt. Cominus: in paleſtra. Non potes hec illi: nihil in iuuenta Menelaum geſſiſſe iactare potes. Mea atridem: ſagittatione ꝛ paleſtram intelligit. Quid valeam: qua ſim fortitudine. Cui: emphaſim habet hec dictio: qui ſagittatione ꝛ paleſtra valet: qui potentia ꝛ opibus pollet: qui diis immortalibus gradus eſt: qui ſui ꝛ ſuorum virtute totā non timet greciam. Aut igitur nullo: colligit epiſtolam abigens quicquid Helenā terrere potuiſſet. duo inquit times quo minus Troiam petas ne repetita reſtituaris: aut ne laceſſiti bello te reddere cogamur: immo aut omnino non repeteris: aut ſi bello Troianos greci tentarint: turpiter ſuccumbent. Dorica caſta: dores populi peloponneſo cum inde pellerentur parnaſum tenuerunt: deinde per Heraclidas reſtituti multas vrbes condiderunt. in peloponneſo due tantum gentes conſtitere. Dorica: ſcilꝫ et eolica. vnde Peloponneſiaci dores ſunt appellati. Pro tanta: quanta eſt Helena. Totus orbis: Aſia et Europa. Nomen feres: laudabunt te poſteri. Spe modo non timida: cum ſpartem relinquas: ſumma ſpe. Erige: pete cum Troiam appulleris. Munera pacta: et coniugium et regni partem. Cum plena fide: nulla vtar perfidia: ſed promiſſa omnia plene ſeruabo.

Ilioneus

cretas al. Veasse el Comento de Sousa a Camoes lib. 1. canto 3. fol. 29. Rima 20

Te quoqꝫ qui rapuit: rapuit minoida theſeus
Nulla tamē minimos creatas ad arma vocatꝰ
Terror in his ipſo maior ſolet eſſe periclo.
Queqꝫ timere libet: pertimuiſſe pudet.
Finge tamen: ſi vis ingens conſurgere bellum
Et mihi ſunt vires: et mea tela nocent.
Nec minor eſt aſie: que veſtre copia terre
Illa viris diues: diues abundat equis.
Nec plus atrides animi menelaus habebit
Quam paris aut armis ante ferendus erit
Pene puer ceſis abducta armenta recepti
Hoſtibus: ꝛ cauſam nominis inda tuli.
Pene puer iuuene vario certamine vici.
In quibus ilioneus deiphebuſqꝫ fuit.

VBER.

¶ Minoida: Ariadnem. viſa eſt fabula ſupra in epiſtola ariad-

Neue putes: non me niſi cominus eē timendum

Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.

Non potes hec illi prime dare facta iuuente

Inſtruere atridem non potes arte mea:

Omnia ſi dederis: nunq̄ dabis hectora fratrem

Unus is innumeri militis inſtar erit.

Quid valeam neſcis: et te mea robora fallunt:

Ignoras cui ſis nupta futura viro

Aut igitur nullo belli repetere tumultu:

Aut cedent marti dorica caſta meo.

Nec tamen indignor pro tanta ſumere bellum

Coniuge certamen premia magna mouet

Tu quoq; ſi de te totus contenderit orbis:

Nomen ab eterna poſteritate feres.

Spe modo nō timida dijs hinc egreſſa: ſecūdis

Exige cum plena munera pacta fide:

nes ꝛ in ep̄la phedre. Cretas accu ſatiuus eſt grecus: cuius nominatiuus eſt cres. Terror: timor. Maior peri: ſm̄ eam ſententiam peior eſt bello timor ipſe belli. Pudet pertimuiſſe: eſt poſtea pudor pertimuiſſe ea que aliquis voluit timere. Finge: pone fac. Et: id eſt etiam. Mihi: ſicut grecis. Copia: multitudo virorum. Illa: aſia. dixit autem illa: quia quādo hec ſcribebat erat in grecia. Plus animi: audacie. Anteferēdus: id eſt preponendus mihi. Pene puer: narrat teſtimonia ſue probitatis ꝛ fortitudinis: incipiens vſq; a pueris Pene pu. adoleſcens adhuc tenere etatis. Recedi: recuperaui. Ceſis: interfectis. Cauſam no. falluntur multi qui credunt eum ob hoc dictum pari a paritate: cum dictio greca nō deriuetur a latina. ſed vt porphyrio in libro. xij. Iliados ſcribit: paris dictus eſt a priami verbo greco quod eſt tranſeo: quoniam fatalem mortez tranſiuit: cū expoſitus a matre a bubulco nutritus eſt. poſtea alexander dictus q̄ſi auxiliator vir: a potu andros: id eſt a viro: et alego: id eſt auxilio: quod futurum facit alexo: quia hoſtibus armenta et abducentibus: vt nunc refert auxilium ſuis tulit: et armenta recuperauit: ex quo hoc quaſi agnomen meruit. Cauſam nominis: quia dicor alexander. Inde: ab auxilio dato Vario certamine: in ludis agonalibus diximus in argumento prime epiſtole. Ilioneus: qui non ſolum eloquentiſſimus: ſed et fortiſſimus fuit. vnde et Virgilius. Maximus ilioneus. Deiphebus: de quo Virg. Deiphebe armipotens genus alto a ſanguine diuum: fuit enim belicoſiſſimus. Niſi communis: id eſt certamine in quo proprie ꝛ manu ſolum pugnatur. Figitur: locatur. Loco iuſſo: vbi ab aliquo: vel mihi placito. Non po. extollit ſe: et menelaum deprimit oſtendens eum non habere hos titulos. Arte mea: ſagittandi. Si: q̄uis. Hectora fratrem talem et tam fortem fratem: qualis eſt Hector. Is vnus: ſcilicet ſolus. Inſtar: ſimilitudo innumeri militis: pro innumerorū militum: id eſt ipſe ſolus eſſe poteſt pro vno exercitu. Fallunt te: ignorantur a te. Cui viro: quali marito. Aut igitur concludit epiſtolam inferens ex ſupradictis: q̄ aut non repetetur bello: aut ſi repetita fuerit: defendetur: et ei erit maxima gloria: q̄ propter eam europa ꝛ aſia magno bello certauerint. Tumultu belli: id eſt motu belli. Dorica: greca. Cedent: vincētur. Magna premia: digna propter que non debeat me pudere ſumere bellum: puderet autem ſi premia eſſent parua et vilia. Contenderit: certauerit. De te: propter te: nam de interdum propter ſignificat. Teren. Quantum me amas de fidicina hac. Feres: accipies. Ab eterna poſteritate: id eſt ab omnibus poſteris: qui erunt vſq; ad finem ſeculorum. Sepe: modo hortatur eā vt nō dubitet diſcedere: et diſceſſura patere ab eo quicquid ipſa voluerit: quod premittit ſe fideliter preſtaturum. ordo eſt. Tu modo: id eſt tantummodo. Egreſſa hinc: ex domo menelai ꝛ ex lacedemone. Spe modo timida: id eſt firma ꝛ certa ſpe non dubitans de me. Exige: repoſce. Pacta: promiſſa tibi a me. Confide plena: id eſt pleniſſime ꝛ ſine fraude: vel ſine dubitatione.

ASCEN. ¶ Queꝫ timere libet pertimuiſſe pudet. Docet hoc verſiculo poeta quid interſit inter timere et pertimere ac conſimilia. Nam timere eſt qualitercūqꝫ ſiue perfecte ſiue imperfecte: pertimere ad finē vſqꝫ cū conſummatione eius de quo erat timor. Sed vt dixi. Nihil eſt poeta hoc facilius et expoſitius. Finge tamen ſi vis ꝛc. Quia argumentuꝫ ab exēplis inualidū eſt. poſſet qꝫ dicere helena ſe potius repetendā ꝙ̄ ſuperiores: aut quia marito ſuo charior ſit: aut q꞉ maritus potentior cum fratre preſertim agamēnone: purgat obiectionem dicens etiam ſi grecia tota bellum moueat in troianos nihil verendum eſſe: cum maiores vires ꝛ copie ſint in phrygia ꝙ̄ in grecia. Illa vicis diues. alij legunt. Fortibus illa vicis diues: abūdat equis: et eſt melior lectio. Nec plus atrides. confert ſpecialiter ſe cum menelao: atqꝫ illi prefert: oſtentans facinora ſua egregia: nam vt in troicis ſcripſit nero paris ſiue alexander etiam hectorem vicit luctādo. vnde dicit: et cauſam nominis inde tuli. Eſt enim alexander vocatiuꝰ ab alexeo verbo quod ſignificat arceo: et andros vir: ꝙ quaſi arcens ꝛ conſtringens in lucta viros. Cominus dicitur quaſi cum manu: hoc eſt conſerendo manus: eminus contra quaſi e manu quando telum longe iacitur. In loco iuſſo: id eſt quem iuſſero figere. et eſt rara locutio: vim hypalliges habens. nō enim locus iubetur: ſed ſagitte in locum. Omnia ſi dederis. Contra agamennona hectorem obijcit. Inſtar: id eſt equiualens quaſi in ſtatum et valorem. Tu quoqꝫ. Pollicetur eaꝫ inſignē fore ſi pro ea bellum moueatur: quā laudem muliercule nonnūꝙ̄ affectant. nam nihil glorioſius ducunt ꝙ̄ ob formam multis complacere. ſed in re manifeſtaria finem facio.

Alexander
Cominus
Eminus

¶ In. xvi. epiſtolam argumentum.

ANTO. Nullam que reſpōdeat epiſtolaꝫ feciſſe Ouidium a parte cōſtat: cum ſuis omibus Sabinum poetaꝫ reſpondiſſe in amoribus ipſe teſtatur cum dicit. Quā cito de toto redit meus orbe Sabinus. Scriptaqꝫ diuerſis rettulit ille locis. Candida penelope ſignuꝫ cognouit Vlyſſis. Reliqua curioſis illic legenda relinquimꝰ. Satis eſt admonuiſſe Sabinꝰ imperante Octauio vixit. ad triſenē amicā elegiarū librū dedit. Faſtorum inchoatos reliquit: epiſtolis Oui. reſpondit: cuius helenā ꝛ hero Cidipeſqꝫ legimus fragmētuꝫ.

Ceteras: vt multa alia ſeculoꝝ ignauia deſideramus: ſunt ꝗ has ep̄las: nec ouidij: nec ſabini eē aio cōijciant: quibus ſatis rn̄ſum eſſe exiſtimo: cū nulla habeāt argumēta: quibus ꝓpoſitū firmare poſſint. Nos autem ſabini Helenā legendā cōtēdimus. Iuppiter ex Thaigete atlantis ꝛ pliones filios genuit Lacedemonē. lacedemō amiclū. amiclꝰ argalū. Argalꝰ Debalū. Debalus tyndarū. Tyndarꝰ ex Leda Helenā ꝛ Clitēneſtrā. itē mares gemios caſtorē ꝛ pollucē: ꝙ̄ꝙ̄ in fabulis eſt ex ouis hos geniſos: quoniā in olorē verſus iuppi

Thaigete

Sabini poete epiſtola qua Alexandro Helena reſpondet. Epiſtola. xvi.

Nunc oculos tua cum violarit epiſtola noſtros:
Non reſcribendi gloria viſa leuis
Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris:
Legitimam nupte ſollicitare fidem
Scilicet icciro ventoſa per equora vectū
Excepit portu tenaris ora ſuo?
Nec tibi: diuerſa quāuis e gente venires.
Oppoſitas habuit regia noſtra fores.
Eſſet vt officij merces iniuria tanti.
Qui ſic intrabas hoſpes: an hoſtis eras?
Nec dubito: quin hec cum ſit tam iuſta: vocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane. dum non oblita pudoris.

ter cuꝫ leda fuerit. Helena poſtꝗ coniunx Menelaus ſparte in cretam conceſſit alexandri ho-ſpitis per epiſtolam amorem cognouit: eum quaſi offenſa primuꝫ reſpondens obiurgat: deinde vt pudorem tuetur in illius ſuaſiones infringere conatur: ſed quedaꝫ ſpargit ſemina vñ nõ õio illius amorem negligere videatur. Demum amantis votum impleture: vt honeſtius ita tutius viſum eſt: ſi quid in deſiderio erat non litteris madaretur: ſed clymene et ethra comites fidiſſime exponerent: que ad coniugium ſumerẽt ſponſionem: id cum feciſſent cuꝫ alexandro ad troiaꝫ abierunt: ꝗꝗ vt diximus alij ad protheum in egyptum tẽpeſtate delatas eſſe: atq; ab illo ablatas paridi contendunt. Nunc oculos tua cum violarit epiſtola noſtros. principium accommodatũ ẽ. naꝫ licet aſperum videatur: non tamen potiundi deſiderij ſpem tollit quã faciũt: ⁊ ꝙ eplã legerit: ⁊ ꝙ reſcribit violarit oculos nr̃os indicat eplã legiſſe. violare: puellaꝝ eſt quarum pudicitia proſtituitur. Gloria ſeruate pudicitie decus. Auſus es hoſpitij: ducit in odiuꝫ ab audacia ⁊ temerata religione. Sacris temeratis: hoſpitalitatis iura exprimit: que ſub iouis tutela ſunt: veteres ꝗprimum hoſpites excipiebant: ideſt ioui et dijs alijs ſacra facere conſueuerunt. Id apud papi. adraſtus eum facit cum Etheoclea et thydeum excepiſſet. Idem virgilia na Dido: cum troianos ſuos fouiſſet hoſpitio: quod ex Home. tranſtulerunt: apud quam panthominus ſacrorum miniſter alcinoi iuſſu: quoniam Vliſſem in pheaciam appulerat: pocula omnibus qui aderant propinabat: vt ioui cui cure ſunt hoſpites: vt ille ait: et fulminum auctori libaret. Sollicitare: adulterio interpellare. Fidem legitimam: legẽ et cõiugij ſponſionem firmatam. Scilicet: idcirco vt augeat contemptum irriſione vtitur hoſpitalitateꝫ exprobrãs. non inquit ob eam cauſam te hoſpitio fouimus: vt me ſtuprares. Portu ſuo: ſpartanorum naualeeſt poſt tenaron. Nauiganti: ad promontorium. Maleam: cythium nuncupant nauiũ ſtatio manu effoſa eſt centum et quadraginta ſtadiorum. Ora tenaris. Portus laconicus ad tenaruꝫ promontorium. Diuerſa gente: id videtur interpoſitum eſſe: quoniam alexander phryx barbar⁹ erat a grecorum moribus alienus. Oppoſitas fores: clauſum hoſpitium. Non inquit te vt peregrinum propulimus. Nam vt Thucidides ſcribit. Lex fuit ſpartanorum ꝙ peregrini in vrbe ſparte non interciperentur. Eſſet iniuria: adulterij dedecus ſequeretur. Sic: tanta hoſpitalitate receptus. Ruſtica: rudis nimium et inepta. Ruſtica ſim ſane: fatetur ruſticitatem quam obiectauerat paris: eamq; pudore excuſat. VBER.

¶ Nunc oculos: vt alibi diximus. ſcribit Ouidius in ſecundo de arte. Que voluit legiſſe volet reſcribere amãti. Helena igr̃ lecta eplã paridis cũ ea delectata eſſꝫ: lꝫ oñdat ſe indignatã: nõ potuit tñ nõ reſcribere: ita lenita eſt et demulſa blanditijs paridis: quas magno artificio ꝓtexuit. Rñdet igitur epiſtole paridis. et primũ quidem oſtendit ſe valde iratam: ꝙ paris auſus ſit eaꝫ talibus ſcriptis ſollicitare: mox ita detegit ingenium: vt det ipſum paridi: et quodammodo ei aperiat conſilium et viam: vt poſſit ea potiri. oſtenditur autem muliebre ingenium varium et mutabile: et id quod Ouidius in ar. ſcribit. Forſitan et primo veniet tibi littera triſtis. Queq; roget ne ſe ſollicitare velis. Quod rogat illa timet: quod non rogat: optat vt inſtes. dicit ergo Cũ tua epiſtola: quã conatus es alienare me ab amore mariti: ⁊ ad tuũ ſollicitare. Violarit. Leſerit. Non reſcribendi: ſunt q̃ ita dicant: gloria non reſcribit eſt viſa mihi leuis: ideſt facilis: ſed melius leuis pro vili et pua accipitur. vel certe ſic veri⁹: gloria reſcribendi ẽ viſa mihi ñ leuis i. non parua: ideſt putaui magnã gloriam mihi fore reſcribere tibi: quia affeciſti me magna iniuria. Auſus: obijcit ei ingratitudinem et pietatem ꝙ violauerit iura hoſpitij. Temeratis: violatis. Sacris: quia quãdo aliquis vir magnus excipiebatur hoſpitio ioui ⁊ dijs hoſpitalib⁹ ſacra fiebant. quod Virgilius oſtendit libro primo eneidos. cum Dido eneam excepit. Sic memorat: ſimul eneam in regia ducit. Tacta: ſimul diuum templis indicit honorem. Sollicitare: commouere. ſ. dictio eſt apta ad yroniam et indignationem. Tenaris: lacõica. Oppoſitas: occluſas tibi. A gente diuerſa: remota: et que nobiſcum non habuiſſet conſuetudinem. Idcirco propter hanc cauſam: vt iniuria quã paras mihi inferre. Eſſet mer. i. remuneratio et premiũ. Tanti of. i. beneficij accepti a nobis. Sic: ea intentiõe vt mihi iniuriã faceres et me abduceres Hoſtis an ho. quaſi dicat poti⁹ hoſtis. Nec du. ideſt ſcio: ꝙ licet iuſte de te conquerar iudicabis me tamẽ ruſticam: que conquerar de eo: qui me amet. Sim: concedentis eſt. Dum: pro dummodo. ASCEN.

Nunc oculos ⁊c. Epiſtola hec reſponſiua helene parum quidem in rebus difficultatis habet eo ꝙ argumentum ex paridis epiſtola dependet: nec multuꝫ in verbis. eſt eñi facilior et pedeſtrior ꝗ ouidiana compoſitio. Unde ex ſola phraſi ouidianaꝫ neges. In pricipio aũt alij nunc alij tunc legunt et vtrumq; tolerari poteſt. Ego tamẽ

Hoſpitalitas

legerem potius nunc ſub hoc ſenſu. Cum ſcilicet ita ſit ꝙ epiſtola tua violarit pro violauerit: hoc eſt redemerit nunc noſtros oculos qui antehac nihil ſpurcum aut laſciuum viderant aut legerant (nam et oculi legunt) gloria non reſcribendi. i. que eſſet ei non reſcribendo eſt mihi viſa leuis: ideſt modica. Preſupponit ergo peccatum eſſe in legendis epiſtolis amatorijs: et in reſcribendo: ſed maius in legendis: vſqueadeo vt violata legendo parum glorie mereatur: non reſcribendo. Et is certe animus eſt mulieribus vbi ſemel libata eſt pudicitia nihil in eis poſt illa cōmendandum eſt. Et ideo vt monet Naſo noſter. Principijs obſtādum eſt. Nam quia et viſu cuius prima eſt amoris linea ad alias gradatim peruenitur: quia ergo violatam ſe ſenſit legēdo paruifacit ne amplius violetur reſcribendo. Reſcribit tamē criminando: ſed ea quoq; eſt mulierum natura quod lubentiſſime facture ſunt in principio negant: ſic tamen vt niſi inſtes ipſe ſe corrigant: et placari poſſe ſignificēt. De iure hoſpitalitatis autem ſcias ꝙ id apud antiquos erat ſanctiſſimum: ita vt iouem ei preeſſe ſignificent. Unde primo eneidos. Juppiter hoſpitibus. nam te dare iura fatentur ⁊c. Erat autem hoſpitium amicicie nō mercedis gratia. nam caupona dicitur diuerſorium mercenarium. quod tunc non tam frequens erat vt nūc: quapropter neceſſe erat ſibi hoſpites comparare: inter quos magna fides obſeruabatur: quam paris ſollicitando coniugem hoſpitis violaſſe criminatur. Ora tenaris pro tenaria: nam tenari promontorium eſt laconie: pro quo imperiti trenarus legunt apud alexandrū. Trenarus inferni ⁊c. Hoſpes an hoſtis eras: quaſi dicat: potius hoſtis: qui ſic non cum tanta hoſpitalitate: ſed tali animo intrabas. Nec dubito. callide iudicium illius laudat: ſuamq; pudicitiam commendat in qua videlicet laborabat.

Anto. ¶Tenor: continens viuendi ratio. Sine labe culpe: offenſa aut nota. Si non eſt triſtis: mores peracte vite tuetur: refutatq; obiectā Theſei rapinam. Triſtis: non iracundus: ſed letus: ſi ore leticiam prefero. Torua ſupercilijs: ſuperbiam excludit: que in ſupercilijs apparet: nec inueniſſe eminentiorem locum ſcribit Plinius: aut vt ſolitarie maneret abruptior eſt. Sine crimine: adulterij nota. Cepto tuo propoſito: vt me rapias. Neptunius heros:

Theſeus intelligit theſeum quem ſe neptūni filium apud Minoem iactaſſe ſcribit Higinius. Factūq; fuiſſe periculum ex proiecto in mare anulo: quem a nereidibus acceptum ad Minoem rettulit. Bis quoq;. alte iterum. Noſtrum crimen: ego in culpa fuiſſem. Facto: et rapina. Fructū petitum. Me vt optabat non violauit. Ulterius: vltra oſcula nihil a me habuit. Nequitia: īmodeſta petulantia: quā ideo obiurgat qm̄ paris dixerat. Si reddenda fores: aliquid tamen ante

Helena tuliſſem. Reddidit intactam. Diodo. et plutar. ſcribunt Helenam intactam redijſſe. Sed paris non ea vſus: deſidia: ꝙ primum ad helene inſulam appulit que ad ſummum terre actice iacet cū helena ſe iūxit: et ob eam cauſam nomen ſortitum eſſe ſcri. Stra. cum antea crana vocaretur.

Et iuuenem: excuſatio ab etate: dignus inquit venia fuit quoniā iuuenis cum me rapuerit: modeſte ſe geſſit. Ne quando nomē: vt ſemper ſiniſtro rumore i hominū ore verſer. Nec tamen iraſcor diſſimulata iracundia: amātis ſpem ſuggerit: non enim inquit queror ꝙ a te amer. Dubito ne ſimulato amore me deludas. Deſit fiducia: nō eſſe in te fidem exiſtimē aut facinus audere non cōfidam. At peccant alie: illud paridis reſumit. Hanc faciē culpa poſſe carere putas. Idonea: ad tui argumenti firmamentum apta. Matris inadmiſſo: monſtrat exemplū ſue cauſe non cōuenire. poterat inquit Leda mater excuſare culapm ab errore: ſed in noſtra cauſa omnia ſunt aperta: nulla eſt excuſatio.

Dumq; tenor vite ſit ſine labe mee.
Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore:
Nec ſedeo duris torua ſupercilijs
Fama tamē clara eſt: ⁊ adhuc ſine crimine vixi
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror q̄ ſit fiducia cepto.
Spemq; tori dederit que tibi cauſa mei:
An quia vim vobis neptūnius attulit heros:
Rapta ſemel videor bis quoq; digna rapi.
Crimē erat noſtrum ſi delinita fuiſſem:
Cum ſim rapta meū quid niſi nolle fuit:

Nec tamen e facto fructum tulit ille petitum
  Excepto redij paſſa timore nihil.
Oſcula luctando tantūmodo pauca proteruus
  Abſtulit vlterius nil habet ille mei.
Que tua nequitia eſt:non his contenta fuiſſet
  Dij melius:ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactā:minuitq́ꝫ modeſtia crimen
  Et iuuenem facti penituiſſe patet.
Theſea penituit:paris vt ſuccederet illi:
  Ne quando nomen non ſit in ore meum
Nec tamen iraſcor:quis enim ſuccenſet amanti:
  Si modo quem prefers non ſimulatur amor:
Hoc quoqꝫ enim dubito:non ꝙ fiducia deſit
  Aut mea ſit facies non bene nota tibi:
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis.
  Verbaqꝫ dicuntur veſtra carere fide:
Et peccant alie:matronaqꝫ rara pudica eſt:
  Quis prohibet raris nomen ineſſe meum:
Nam mea ꝙ viſa eſt tibi mater idonea cuius:
  Exemplo flecti me quoqꝫ poſſe putas.

¶Tenor: perſeuerantia. Sine labe: ſine macula et infamia. Si num: reſpōdet enim parti: qua dixit vultu non cetera duro perlege ſed forme conueniente tue. dicit enim ꝙ ſi nō eſt ſeueri et duri vultus eſt tamen pudica. Torua: terribilis. Supercilijs: quibus oſtēditur ſeueritas. Virgilius. Conueniens latio pone ſupercilium. Vixi. legitur et luſi: id eſt fui leta et iocata ſum ſalua tamen pudicitia mea. Laudem de me: vt poſſit ſe iactare de concubitu meo. Quo: quare quamobrem. Cepi audacie tue. Me tori: mei concubitus. Neptunius heros: id eſt theſeus nepos neptuni. Attulit. vim ſcilicet in rapiendo. Rapta ſe: a theſeo. Bis: etiam a te. Aduertendum eſt ꝙ licet hoc exemplum videatur diſſuadere paridi: ne eā rapiat: tamen latenter ad incitandum poſitum eſt. Delinita: id eſt blanditijs captata et illecta. Erat noſtrum cri. id eſt fuiſſet mea culpa. Rapta violenter abducta. Quid fuit meū: id eſt quid potuit imputari mihi. Niſi nolle: id eſt ꝙ noluit: et voluntas mea non fuit e facto: id eſt ex rapina ſua. Petitum: deſideratum. Redij: ab eo diſceſſi. Paſſa nihil excepto timore: que nihil ab eo mali habui: [illegible] ꝙ timui. Abſtulit: accepit. Luctando: contēdendo. Non ſponte [illegible] Nil mei: nil de me. Vlterius [illegible] tra oſcula. Que tua: dum ſimulat Helena ſe dicere iniuriam Paridi: eum magis incitat. dicit enim: Tu non fuiſſes contentus his: quia voluiſſes aliud preter oſcula. Ordo eſt. Nequitia: id eſt libido: vt nequitia eſt que te non ſinit eſſe ſenem. Que eſt tua: que eſt tibi. Non fuiſſet contenta his: ſcilicet paucis oſculis. Dij melius voluerunt et conſuluerunt mihi. Similis tui: ita proteruus et libidinoſus vt tu es: quia me vitiaſſet. Modeſtia. ipſius theſei. Minuit crimen: culpam rapine. Theſea penituit: interrogatiue legenduꝫ eſt: quaſi dicat: an ideo penituit vt tu poſtea me raperes. Nequando: id eſt vt ſemper homines de me loquantur. Nec tamen iraſcor: ecce more muliebri iam incipit conciliari Paridi: et ei blandiri. Quis niſi ſtultus. Prefers: oſtendis. Non ſimulatur: id eſt non eſt fictus: quia Paris dixit. Attulimus flammas hic: non inuenimus illas.. Dubito hoc: ne amor tuus ſit ſimulatus. Fiducia: mee pulchritudinis credulitas. Facile credere: multe enim propter hoc ſepe decipiuntur. Verba veſtra: id eſt virorum. Carere fidem. Terentius in andria. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum At peccant: quia dixerat. Lis eſt cum forma magna pudicitie: dicit ſe velle eſſe inter raras: id eſt inter eas que ſeruant pudicitiam. At peccant: alia obiectio. Quid habebit: reſponſio obiectionis. Nam mea: quia Paris dixerat. Hec tibi nempe patrem furta dedere iouem: Ad

hoc reſpondet: matrem poſſe excuſari quia decepta ſit. ſe vero nullam poſſe habere excuſationē imprudentie.

ASCEN. ¶ Vultus triſtis: ſeuerus ꝛ atrox. Et bene vultus potius ꝙ facies. Nā vultus quaſi a volē do dicit: facies a faciendo. Et ita facies a factore ſit nec mutat. Vult⁹ a volūtate ali⁹ ꝛ alius ſit Et laudē: quaſi laudis ſit habuiſſe cōmerciū cū tam formoſa; quo verbo audaciā paridis poti⁹ ꝓbat ꝙ dānet: ſꝫ mire in ſe crimē cēſet qđ in illo laudē: q̄ſi mulieri ſit crimen: qđ viro laudi dat ita. n. mūdo videt cū eadē ſit vtriuſq; apud deū cēſura. Neptuni⁹ heros: theſe⁹ meū. i. mee opis ꝛ facultatis quid niſi nolle fuit: quaſi diceret nihil. Et ideo q: citra cōſenſum nemo peccat: immunis eſt a crimine: licet contra volūtatem rapta. Nil habet ille mei. latine ꝛ ſignanter dictum et plus ꝙ ſi diceret nil habet ille meuꝫ: quia tunc de rebus ſuis loqueretur nunc de ſe. Similis tui etiā eleganter dictū. Nam ſimilis cum de moribus agitur potius gtō iungitur. Minuitq; modeſtia: quia oſculis contentus erat. Nequando nomē nō ſit in ore meū: id eſt vt nomen meū ſemper ſit in ore vulgi de me loquentis ꝛ de amatoribus meis. Nec tñ iraſcor. Incipit condeſcendere et pati ſe amari: et vt muliebris nature decorum ſeruatuꝫ agnoſcas: plus ſe moueri fatetur forma ꝛ amore paridis ꝙ genere aut diuitijs. Hoc quoq; eñi dubito. Ordo eſt. Ego eniꝫ dubito quoq;: id eſt etiaꝫ hoc: an ſcilicet amor tuus in me ſimuletur: non ꝙ: id eſt quia: fiducia id eſt bene confidendi de me ratio deſit: aut quia mea facies non ſit bene nota mihi. Fallimur enim plerūq; in iudicandis rebus noſtris: ſed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis: hoc eſt licet quia amabilis ſum confidam me amari: tamen quia credulitas multis obfuit vetor credere: et potiſſimum quia troiani perfidi et periuri perhibentur: aut potius generaliter in omnes amatores dictum eſt. At: recitat obiectionem paridis conantis exemplo in crimen allicere: ſed prudenter reſpondet turpiter actura.

ANTO. ¶ Admiſſo: peccato. Sub falſa imagine luſe a ioue qui falſo ſe cygnum ſimulauit. Nil poſſuꝫ neſciſſe: cuꝫ omnia ſint apta nullum errorem afferre poſſum. Obumbret: celare poſſum. Vitiū: adulterij ſcelus. Auctore: magnitudine iouis qui fuit adulterij cauſa. Redemit: compenſauit. Felix: ad lede fecunditatem reſpexit. Et genus et proauos: ſui generis cōmendatōne paridis iactantiam contēnit. Domus hec que te hoſpitio ſuſcepit: ꝙtum contēnere videris. Nobilitate antiq̄tate generis. Iuppiter: vt proau⁹ ſoceri. Honeſta occupatio. Pliſtenes helene ſocer natus ex pelope. cui⁹ auus fuerat iuppiter ex patre tantalo: vt diximus. Tyndareiq; genus: Tyndarei progeniem recēſuimus. I nunc. inhibet per conceſſionem: non inquit eſt phrygum genus cum noſtro comparandum. Quintus: de priamo intelligit: qui quintus erat a ioue. Nam iuppiter dardanum. Dardanus Erichthonium. Erichthonius Troum. troes Laomedontem. Laomedon priamum. priamus paridem genuit. Is iuppiter primus: quoniam ex leda et ioue nata eſt Helena. Sceptra tue: ꝙuis concedit phrygias opes: ſed per recriminationem refellit: troianum imperium opulentiſſimuꝫ fuit: auctis ab Erichthonio diuitijs: d̄ quo Home. meminit. Barbara: ſi opulentia ſuperamur: non tamen barbari ſumus. Epiſtola diues. que diuitias pollicet. Mouere: in ſententiam trahere. Ipſas deas: a maiori arguit. Fines pudoris: honeſtatis lineam. Tu maior cauſa: tui cauſa non ob diuitias flecterer. Atq; ea non ſperno: ruſticitatis notam euitare nititur. Eſt enim minime vrbanum verbum oblata munera contemnere. Auctor que precioſa facit. maioris enim momenti ſunt munera et pluris facienda: que qui im-

Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſe
Error ineſt: pluma tectus adulter erat.
Nil ego ſi peccē poſſum neſciſſe: nec vllus
Error qui facti crimen obumbret erit.
Illa bene errauit: vitium auctore redemit:
Felix in culpa quo ioue dicar ego
Et genus: et proauos: ꝛ regia nomina iactas:
Clara domus ſatis hec nobilitate ſua eſt.
Iuppiter vt ſoceri proau⁹ taceatur: ꝛ omne:
Tantalidee pelopis: tyndareiq; genus.
Dat mihi leda iouem: cygno decepta parentem:
Que falſam gremio credula fouit auem.

J nunc ⁊ phrygie clare primordia gentis
Cumqꝫ ſuo priamo laomedonta refer
Quos ego ſuſpicio: ſed q̄ tibi gloria magna eſt:
Quintus is a noſtro ſanguine primus erit
Sceptra tue quãuis rear eſſe potentia forme
Non tamen hec illis eſſe minora puto.
Si iam diuitijs locus hic numeroqꝫ virorum
Vincitur: at certe barbara terra tua eſt
Munera tanta quidē promittit epiſtola diues
Ut poſſint ipſas illa mouere deas.
Sed ſi iam vellem fines tranſire pudoris.
Tu maior culpe cauſa futurus eras:
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo:
Aut ego te potius q̄ tua dona ſequar
Atqꝫ ea non ſperno: ſic acceptiſſima ſemper
Munera ſunt auctor que precioſa facit.
Plus multo eſt ꝙ amas: ꝙ ſū tibi cauſa laboris
Quod tam per lōgas ſpes tua venit aquas.
Jlla quoqꝫ appoſita q̄ nūc facis improbe mēſa:
Quamuis experior diſſimulare noto.

pendit eſt preſtantior. Plus multo ꝙ amas magis tuo amore q̄ diuitijs ad amandū moueor. Spes tua: que eſt vt me abduceres coniugem. Per longas aquas: per tantam nauigationem: ex Troia per helleſpontum i laconiā vſqꝫ. Jlla.q.a. amoris ſigna: que paris dederat recenſet: vt a cā arguat ſe allici poſſe ad amādū. Improbe: improbū dicimus qui ipetēdo audaciuſculus eſt. Experior.d. non intelligere tentez. Noto: optime calleo.

Improbus

¶ Admiſſo: delicto. Sub imagine cigni adulter: iuppiter. Poſſum neſcire nil.i. ſocio quod peccē: neqꝫ poſſuz excuſari per ignorantiā nā due negationes affirmāt. Obumbret: tegat. illa: alia excuſatio. Vitiū: crimē ſuuz. Redemit: recōpēſauit. Auctore: pp auctorē: qz iuppiter. Felix i culpa.i. bene peccaſſe. Quo ioue: id ē q̄ magna excuſatione quia tu nō es iuppiter: quo poſſiz excuſari. Quod genus reſpondet ad id qd̄ dixerat phryx erat et idē. non dabim⁹ certe ſocerum tibi clara fugantem lumina. Hec domus mea et menelai. Juppiter: cōmemorat nobilitatem ſuam cū nobilitate mariti. Ut q̄uis Proau⁹ ſoceri.i. atrei. Dixim⁹ ſupra Tantalum filiū fuiſſe iouis. Tātalus genuit pelopē: Pelops atreum: vñ agamēnon et menela⁹ licet quidam eos pliſtenis fuiſſe dicant. Tindarei. patris mei putaui. J nūc. q.d. fruſtra iactas gen⁹ tuū. Primordia: initia ſuo ſ. filio. Suſpitio. veneror. ſed qui tibi gloria magna eſt: ideſt: ſed is quo tu potiſſimū gloriaris: quintus eſt tibi in ordine et mihi eſt primus. iouē aūt ſignificat: Nam helene primus eſt: quia eius pater. Paridi vero quintus: quia iuppiter genuit Dardanum ex electra: Dardanus Erichthonium: Erichthonius Troē: Tros ilum: ilus Laomedonta: Laomedon Priamum: priamus parin et reliquos filios. ergo quintus eſt iuppiter a paride excluſiue. Sceptra: reſpondet ad id quod dixerat. Septra parēs aſie qua nulla potentior ora eſt. Finibus immenſis vix obeūda tenet ⁊c. Hec noſtra gratia. Si iam diuitijs: qz paris dixerat. O quotiens dices q̄ pauper achaia noſtra. Una domus: q̄uis vrbis habebit opes. dicit ꝙ ſi terra vincitur diuitijs: ſaltē hoc habet ꝙ non eſt barbara: ſicut terra troiana. Munera: dicit enim ipſe Dona parens fratreſqꝫ ⁊ cuz genitrice ſorores ⁊c. ad hoc reſpondet: ꝙ ſi vellet ei obſequi: faceret potius eius cā q̄ cauſa munerum: quia turpiter ingenium munera corpus emunt. Tranſire finen pudoris: ideſt verecundie et eſt ſermo Lice. ad Luceiū. Nam qui ſemel verecundie fines tranſiret ⁊c. Nō ſperno: ideſt accepta et grata habeo. Lipote eſt. Vir. Munera ne ſperno munera: ſnīa eſt color: et eſt ſenſus. Munera que acutor: ideſt ille qui dat. Facit precioſa: facit digna: nam munera ꝓ dignitate dātis precium capiunt. Sūt acceptiſſima: gratiſſima. Plus multo. ſ. eſt mihi. Quod amas. i. multo pluris facio amorem tuum. Per tam longas aquas: quia dixit ſupra. Attulimus flāmas huc

non inuenimus illas. He mihi tam longe cauſa fuere, vie. Illa quoqꝫ reſpōdet ad id quod dixit. Ah quotiens aliquem cantaui potus amorem: et cetera que ſequuntur.

ASCEN. Error. i. deceptio ineſt in admiſſo. ſ. adulterio martis luce. ideſt decepte ſub falſa imagine: qꝛ in ſpecie cygni concubuit cum leda matre helenes iuppiter. vnde addit: pluma tectus adulter erat. Obumbret: ideſt occultet aut protegat ab infamia. Quo ioue: quaſi dicat: nullo:, ſed manifeſtario adultero eoqꝫ mortali cum ſim ex deo genita atqꝫ imortalis habēda. Genus tyndarei: ſicut in epiſtola paridis ſecutus tucididē declinauit a nominatiuo tyndareos: huius tyndarei: pro quo nos tyndarus tyndari dicimus. Quos ego ſuſpicio: ideſt non contemno nec deſpicio ſed ſuſpicio quaſi inferiores aſpicio: ſed is ſcilicet iuppiter qui exñs tibi gloria magna: eſt quitus ſcilicet a veſtro ſanguine: erit primus a noſtro ſanguine. Tua epiſtola diues: ſcilicet pollicitationibus: ſed vt dicit gnato. pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Sed ſi iam vellē. ingenue ſatis: ſed muliebri affectione. Atqꝫ ea non ſperno. Liptotes: ideſt gratanter accipio. ſicut in illo virgiliano. Munera nec ſperno: ſic acceptiſſima ſemper ꝛc. prouerbiale eſt: quod in eunucho dicitur ſic a gnatone ad militē querentem. Ain tu leta eſt. Non tam ipſo quidem dono ꝙ ꝙ abs te datum. id vero ſerio triumphat: plus multo eſt ꝙ amas. Non id quod amas intelligen⁹ ſed quia amas: et ita in reliquis. Illa quoqꝫ. Docet ſigna amoris eius ſe notaſſe. Ordo eſt. ꝙuis ego experiar diſſimulare: ideſt an poſſim diſſimulare: tamen ſupple ego noto. i. obſeruo et annoto: illa: ſcilicet ſigna: que tu improbe: ideſt improbande facis nunc menſa appoſita: ideſt poſtꝙ menſa appoſita eſt.

ANTO. ¶ Inſtantes: profectum vrgentes. Ferunt: intueri patiuntur: tanto obtuitu me luſtras: vt vix tuorum oculorum aciez intueri patiar: Pene loquente: quoniam eo adeo aperta erant ſigna: vt intelligerentur perinde atqꝫ loqueris. Nec vox falſa: quoniam nullo afficeris pudore, in orbe menſe: rome precioſiores menſe rotunde fuerunt ex citro arbore: vt ſcribit Iuni⁹. Sub noſtro nomine: de me ipſa intellexi: licet ſub alio nomine factum fuerit. quod indicatur cum dicat Alexander. Indiciumqꝫ mei falſo ſub nomine feci: ille ego ſi neſcis verus amator eram. Deducta: expreſſa: et continenter adiūcta: Oculo renuente: iterum per nutum negante. Sic: oculorum nutibus. Capi: in amorem tuum allici. eſt quoqꝫ confiteor: concedendum eſt quod negari non poteſt. Sed inuenienda contra: vnde aduerſarij rationem refellamus. vnde honeſtatem forme preponendam eſſe contendis. Rara cui ſimilis vix alia reperiatur. Poteſt velle: optare debet. Felix tuo coniugio beata eſt virtus ſuaſio ab honeſto. ire contra appetitum fortitudo eſt. Quod optas: multi proci conſpirāt in tuū deſideriū. Nimis oris: plurimum in loquendo audacie. Si te vidiſſem. Tyndarus cum multi peterent Helene coniugium: ne quis offenderetur: dedit ex conſenſu omnium Helene optionem: vt quem vellet eligere preſtito iureiurādo ſe illi opitulaturos quem elegiſſet ille Menelaum ſibi deſumpſit; et ideo in bellum Troianum cum illo cuncti iure adſtricti conferunt: vt ſcribit thucydides. Ad poſſeſſa: ad ea que alterius eſt poſſeſſoris. Ut tamen optarem: excuſat volūtatem licet mollis videatur. Quamuis optem tuum coniugium: non tamen Menelai thalamum odi. Auellere: velicare: ſollicitare.

Helene coniugium

ASCEN. ¶ Inſtantes: fixe aſpicientes. Noſtra lumina vix ferūt: quia poſſum tm̄ tenere oculos in tuos: ꝙtum tu tenes eos fixos in me. Et mō ſuſpiras. Nam ipſe dixit. Sepe dedi gemitus. Qua parte bibi: ſignum eſt enim amoris ea parte poculi bibere qua alius biberit. Ouidius in primo amorum ad

Tu modo me ſpectas oculis laſciue proteruis

Quos vix inſtātes lumina noſtra ferū.

Et modo ſuſpiras: mō pocula proxima nobis

Sumis, quaqꝫ bibi: tu quoqꝫ parte bibis

Ah quotiēs digitis quotiēs ego tecta notaui

Signa ſupercilio pene loquente dari.

Et ſepe extimui: ne vir meus illa videret:

Nō ſatis occultis: erubuiqꝫ genis.

Sepe vel exiguo vel longo murmure dixi

Nil pudet hūc: nec vox hec mea falſa fuit

Orbe quoqꝫ in menſe legi ſub nomine noſtro:
Quod deducta mero littera fecit amo:
Credere me tamen hoc oculo renuẽte negaui
Hei mihi: iam didici ſic quoqꝫ poſſe loqui.
His ego blanditijs ſi peccatura fuiſſem,
Flecterer: his poterant pectora noſtra capi.
Eſt quoqꝫ confiteor: facies tibi rara: poteſtqꝫ
Velle ſub amplexus ire puella tuos.
Altera ſed potius felix ſine crimine fiat:
Quam cadat externo noſter amore pudor.
Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere:
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis:
Quaꝫ multos credis iuuenes optare qđ optas
Qui ſapiunt: oculos an paris vnus habes.
Non tu plus cernis: ſed plus temerarius audes
Non tibi plus cordis ſed minus oris ineſt.
Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina.
Cum mea virginitas mille petita procis:
Si te vidiſſem primus de mille fuiſſes.
Iudicio veniam vir dabit ipſe meo.
Ac poſſeſſa venis: precepta qꝫ gaudia ſerus.
Spes tua lenta fuit: quod petis alter habet.
Vt tamen optarẽ fieri tua troica coniunx
Inuitam ſic me non menelaus habet.
Deſine molle precor verbis conuellere pectus

Non diuerſa: non contraria. Cedentes mihi: dantes locum corpori meo. Ferebar: ibam.
Radiebat: ſplendebat. Repercuſſe: reuerberate: nam aqua vī retro flectere radios lune. Et
nitor diurnus: ideſt lux que ſolet eſſe diei erat in nocte: ideſt nox erat clara ſicut dies. Nulla
vox: alicuius vel hominis vel animalis. Aque dimote: diuiſe. Corpore: meo. Alcyones ſo
le: id eſt ſolum modo audiebam alcyones volucres: que videbantur dulci voce querelam effun
dere. Memores: Ceicis amati: tāgit fabulam quam Ouidius ſcribit libro vndecimo metamor
phoſeos.

ASLEN. ¶ Nunc daret &c. cum natandi nulla ſit ſpes: optat volatum. Nox erat: aperit argumentum
poeta. Jdem ero nauigium nauita & vector: quia ſe traijciet ſine naui ac gubernatore. Ely
cen vrſam maiorem: nec arcton: ſcilꝫ minorem videlicet cynoſuram. Andromedem perſei vxo
rem in ſidera tranſlatam. Claramq̧ coronam: ſcilicet ariadne a baccho datam in qua vna preful
get ſtella. Parrhaſis vrſa. ideſt arcadica: patronymicum a loco ſumptum. Palemona: ſcilicet
portunum. Miraq̧ et cetera. ſcilicet glaucum. Omnia protrita et expoſita ſunt. Sepe per

aſſidnos. Dat brachijs affectionem mentis ſue; que fictio multum gratie habet. Quid mihi. Ordo eſt. Quid mihi prodeſt ꝙ ſeparor non lato: ſed anguſto equore: quaſi diceret nihil: quia non minus ⁊ cetera. Si dubitas cecum cynthia lumen habes. Eadem enim eſt que luna et diana et proſerpina dicitur: et cynthia a monte deli in quo nata dicitur. Hec ego vel certe non his diuerſa: hec caſtigatio fidem facit. Alcyones ſole: quia alcyones tẽpore ſumme tranquillitatis ⁊ quietis nidificant. Plautus volens ſignificare tranquillitatem ⁊ ſilentium: dixit Alcyones eſſe in foro.

¶ Fortiter: omni conatu. Lumen: quod in turri eminebat. Meum numen. Hero ſignificat. ANTO.
Et ſubito: cũ loca vbi conſiſtis inſpexi: auget vires contemplatis future felicitatis aut periculi. Mollior: ad natandum facilior. Frigora: natantibus maxime obſunt. Minus reſtat: ad natandum ſupereſt. Plus libet: tanto magis propero. Jacto brachia: maiori robore nato. Vix: ꝙ vix te retineret. Dabas verba: me non captabas. Prima aqua: in ora primi littoris que agitatione vndarũ perluitur. Dijs: quos in longiſtorico. Var. putat eſſe celum ⁊ terram: alij iouem mercurium ⁊ Mineruam deos magnos credunt. Egyptij iſidẽ ⁊ oſiridem magnos deos contendunt. Cetera: procaces luſus: ⁊ amantium gaudia que geſſerunt conticet. Lumen: quod in turri eminens videbatur. Quã maris: vnda inundationis maris helleſponti nullam habet quietem: quoniam maris anguſtie fluunt ⁊ refluunt. Jllud tempus: quod nobis ſupereſt. Iners: ſine amoris officio. Jamqȝ fugatura: a tempore. pathos cũ aurora diem nunciaret. Luciferis aurore filius eſt diei nũcius. Amaro: ingrato: vtrumqȝ enim offendebat: gaudebamus noctis longitudine. Dij magni

Alcyones ſole memores ceycis amati:
Neſcio quid viſe ſunt mihi dulce queri.
Jamqȝ fatigatis humero ſub vtroqȝ lacertis:
Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Ut procul aſpexi lumen: meus ignis ille eſt.
Jlla meum dixi littora lumen habent.
Et ſubito laſſis vires rediere lacertis:
Viſaqȝ ꝙ fuerat mollior vnda mihi.
Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi.
Qui calet in cupido pectore: preſtat amor
Quo magis accedo: propioraqȝ littora fiunt
Quoqȝ minus reſtat plus libet ire mihi.
Cum vero poſſum cerni quoqȝ protinus addis
Spectatrix animos: vt valeamqȝ facis.
Tunc etiam nando domine placuiſſe laboro:
Atqȝ oculis iacto brachia noſtra tuis:
Te tua vix prohibet nutrix diſcedere in altum
Hoc etenim vidi: nec mihi verba dabas.

¶ Ceyx enim Luciferi filius prodigijs que ei apparuerant perturbatus ad oraculum apollinis in claro nauigare decreuit. nã delphos ire non poterat quoniam phorbas cũ phlegijs populis delphos infeſtabat. Cum autem Alcyone eius cõiunx eoli filia hanc nauigationem ei diſſuadere conaretur verita periculum eius. Jlle affirmauit intra alterum menſem ſe reuerſurum. verum tempeſtate maxima oborta ſubmerſus eſt. Jlla aſſidui viri deſiderio ſollicita: cum ad tempus promiſſum reuerti non videret deos continuis precibus fatigans. Tandẽ miſericordia Junonis cui precipue ſupplicauerat factum eſt vti ſomnis admoneretur de obitu mariti immiſſo ſomno ſub ſpecie ceycis ſubmerſi. Jlla igitur excitata ſomno cadauer mariti in littore inuenit: q̃re nimio perculſa dolore in volucrem alcyonem ⁊ ceyx in aliam volucrem cõmiſeratione deorum cõuerſi ſunt. he volucres per ſeptem dies fetificantes tranquillum habent mare. Coeunt enim et priſtinam coniugalem ſeruant. Has igitur ſolas volucres perturbato Mari querelam effundentes UBER.

Nec tamen effecit: ꝙuis retinebat euntem
Ne fieret prima pes tuus vdus aqua.
Excipis amplexus: feliciaqꝫ oſcula iūgis.
Oſcula diis magnis trans mare digna peti
Deqꝫ tuis dēptos hūeris mihi tradis amictus
Et madidā ſiccas equoris imbre comam
Cetera nox et nos: et turris conſcia nouit.
Quodqꝫ mihi mōſtrat peruada lumē iter
Non magis illius numerari gaudia noctis
Heleſpontiaci ꝙ maris vnda poteſt.
Quo breuius ſpacium nobis ad furta dabatur.
Hoc magis eſt cautum nē forte illud ineres
Jamqꝫ fugatura titboni coniuge noctem
Preuius aurore lucifer ortus erat.
Oſcula congerimus: pparata ſine ordine raptū

audiſſe dicit. Aduertendū eſt autē pro nomine mulieris declinari alcyone alcyones pro vero alcyon vel alcyonis: vt hic locus oſtendit dicit enim alcyones: non autē alcyone. Jamqꝫ fatigatis: ſolēt natantes defatigatis brachiis ſuſtētare corpus aliquantulum ſuper vndis qđ ſe feciſſe dicit: Erigor: eleuor. Ut: poſtꝙ. Lumen: quod in turri tua apponis. Meꝰ ignis: meus amor. In illo lumine ſubito: dictis his verbis. Mollior: facilior ad natandum. Amor qui calet ī pectore cu. id eſt qui facit calorem in pectore meo amoris pleno. Preſtat: efficit. Ne poſſim ſentire frigora profundi: id eſt maris Quo magis: quāto magis. Accedo. Appropinquo. Minus reſtat ſcilicet vie ad perueniendum littus. Plus libet: plus animi eſt mihi et volūtatis. Cerni: videri a te Spectatrix: tu que ſpectas me. Addis animos: facis me animoſiorem. Ut valeam: vt poſſim ⁊ ſim fortis. Laboro: curo. Domine: tibi iacto arte ⁊ oſtentatione. Diſcendere in altum: vt venias mihi obuiam. Hoc vidi: ꝙ voluiſti procurrere in equor. nec tamen effecit nutrix tua. Udus: benefactus. Prima aqua: id eſt aqua magnis vicia littori. Excipis: ſcilicet cum ſim in littore. Oſcula digna peti diis magnis trās mare: id eſt ocula que etiam dii celeſtes vt aſſequerentur poſſet tranare mare ſicut ego. Amictꝰ: veſtes. Ademptos de tuis: quibus te ſpoliaſti: vt me tegas. Imbre: id eſt aqua. non enim ſolum ſignificat pluuiam: ſed etiam ſimpliciter aquam. Uirgilius in enei. Laxis laterum compaginibus omnes accipiunt inimicū imbrem. Nox: nam ſupra dixit: nox erat incipiens. Cetera: ſubticuit rem pudendam: ſic Ouidius in primo amorum. Cetera quis neſcit: feſſi requieuimus ambo. Turris: in qua ambo conuenimus. Lumen: ſcilicet nouit cetera. Non magis: dicit gaudia illius noctis ita eſſe innumerabilia: ſicut eſt innumerabilis alga maris. Heleſpontiaci: quod tranabat ipſe. Leander: eſt autem alga minuta quedam herba que naſcitur in mari: vnde alibi. Nunc leuis eiectam detinet alga ratem. Ad furta: ad concubitus noſtros occultos. Illud ſpacium forte iners: id eſt eſſet ſine effectu voluptatis; quia dabam operam: vt illud totum colligerem et in voluptate conſumerē. Coniuge titoni. i. aurora vxore Titoni. Fugatura: expulſura noctem: nam adueniente aurora nox abit. Preuius aurore: id eſt precedens aurorā. Uirgilius. Naſcere preqꝫ diem veniens age. Lucifer almum. Congerimus: coniūgimus cōmiſcuimus. Raptim: certatim.

ASCEN. ¶ Quo magis: id eſt quāto magis accedo. Cetera nox ⁊ nos. modeſte rē turpem tangit: quia celari vult ſua furta venus. Non magis illius. Ne exaturatus abeſſe putetur: vt qui nullā capturus ſit deinceps voluptatem ex amica dicit voluptates quas ex illius complexu obtinuit innumeras fuiſſe. et ꝙ non magis poſſint numerari ꝙ vnda maris heleſpontiaci quod aſſidue fluit et refluit. aut quod cum hec ſcriberet innumeris procellis atqꝫ vndis agitabatur. ſunt tamen qui legunt alga non vnda. Eſt autem herba vilis que ad littus propellitur. vnde in buco. Uirgilius. Proiecta vilior alga. Utroqꝫ modo ⁊ verſus et ſenſus bonus eſt: concederem tamē ſuperiori. Ne foret illud iners: id eſt ſine veneris arte tranſactum: hoc eſt ne nos ſimus quaſi inertes in illo. Hoc. i. tanto magis. cautum. i. prouiſum.

ANTO.

¶ Equor virginis: helleſpontũ: qđ a virginis caſu nuncupatũ eſt. Si qua fides: poſtulat fidem perinde ac rem maximã loqui aggrederetur. Eſſe natator: habere natandi facultatẽ. Naufragus: facile ſubmergi poſſe: vt is qui nullã habeat natandi peritiam ad te: cũ ad te nato Prona: preceps & natatu facilis. Cliuus: collis q̇dam ad ſuperandum difficillim⁹. Vrbe mea: tante vis amor eſt: vt etiam naturam vertat. Odiſſe enim impellit ꝙ amare illa duce conſueuimus. Hei mihi: ſuſpiratio hec ſumitur a loci diuerſitate: q̃ ab amante diſcluderetur. Vndis: parua fieri diſtantia. Vna tellus: ſiue ſeſtia ſiue abidena. Confundor: redit poſt narrationẽ ad querelas quam auget ſciſcitatõe. Cauſa leuis: nullius materie admiratur quid: cum leuiſſimus ſit ventus rem tantam poſſet impere. Iam noſtros curui norunt: Delphini brutis eius amoris notionem tribui que exornatio a Cicerone cõformatio dicitur. Plurimum valet in re explicanda: & ad mouẽdam miſerationem. Curui delphines: Epitheton proprium delphinorum eſt qui alio vocabulo Simones appellant̃: ad qđ nomen vocati accurrere dicuntur. Limes atrius: orbita facta eſt natandi conſuetudine in medijs aquis. Multa rota: auget ſimilitudine hyperbolem limes in mari cernitur vt orbita ĩ vijs medijs rotarũ curſu conteritur. Quod mihi non eſſet: mouet miſerationem a mutatione fortune. Sic per natatum iterare: iter ad te dari. Equora athamantidos: Athamantis filia fuit Helle. qua Helleſponto nomen dedit. Canent: procellis aſſiduis ſpuma operiũtur. Hoc mare: auget querelam aliene fortune. memoria. Tale fuiſſe: procellis agitatum his ſimilibus. Merſa virgine: cum in mare ſubmerſa eſſẽ Helle. Nomina: nam helleſpontus eſt nuncupatus.

Delphines

Athamantis Helle

VBER.

¶ Paruas moras eſſe noctibus: id eſt noctes eſſe breues. Cũctatus: moratus ita: oſculando nos. Monitu: mandato & precepto. Amaro: acerbo: quia inuitus audio me moneri: vt inde diſcedam. Deſerta turre: relicto loco vbi voluptatem accepimus. Digredimur: id eſt diſcedimus.

Et querimur paruas noctibus eſſe moras.
Atq; ita contactus monitu nutricis amaro.
Frigida deſerta littora turre peto.
Digredimur flentes: repetoq; ego virgĩs equor
Reſpiciens dominã: du̾ dicet vſq; mea.
Si qua fides vero eſt: veniens huc eẽ natator.
Cum redeo: videor naufragus eſſe mihi
Hoc quoq; ſi credis ad te via prona videtur.
At te cum redeo: cliuus inertis aque
Inuitus patriam repero quis credere poſſet?
Inuitus certe nunc moror vrbe mea.
Hei mihi cur animis iuncti ſecernimur vndis
Vnaq; mens tellus non habet vna duos?
Vel tua me ſeſtos: vel te mea ſumet abidos.
Tam tua terra mihi: q̃ tibi noſtra placet
Cur ego cõfundor quotiens confunditur equor?
Cur mihi cauſa leuis ventus obeſſe poteſt
Iam noſtros curui norunt delphines amores
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Iam patet attritus ſolitarum limes aquarum.
Non aliter multa q̃ via preſſa rota.
Quod mihi nõ eſſet niſi ſic iterare querebar.
At nunc per vẽtos hoc quoq; deeſſe queror
Fluctib⁹ immodicis athamãtidos equora canẽt
Vixq; manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare cum primum de virgine noĩa merſa.
Que tenet: eſt nactum: tale fuiſſe puto:
Et ſatis amiſſa locus hic infamis ab helle eſt

Equor virginis: mare. dictum ab Helle puella: que in mare delapſa: ei nomen dedit: vt dixi ſupra plene in argumento epiſtole Hypſiphyles ad Iaſonem. Vſq; : dū licet id eſt aſſidue dū poſſum. Si qua fides vero eſt: id eſt ſi veritati quā dico creditur. Huc: ad te. Videor mihi eſſe natator: id eſt videor optime ſcire natare propter affectum amoris qui me adiuuat. Ouidius ad Tyſbe. Audacem faciebat amor. Cum redeo: id eſt cū diſcedo a te. Videor eſſe naufragus: videor ſubmergi fluctibus: & periclitari. Prona: facilis: & quaſi pēdens: nam facilius deſcendimus ꝙ aſcendimꝰ. Cliuus: aſcenſus monticulus. Inertis: imobilis: que non ita facile natatur: ſicut aqua mobilis. Quis credere poſſit: q̄ſi dicat nullus niſi qui ſciat quāta ſit vis amoris. naturaliter eñ omnes libenter redeunt in patriam. Ouidius. Neſcio qua natale ſolū dulcedine cunctos. Detinet. Nunc cum ad te natare non poſſum. Iuncti animis: pares & coniuncti amore. Cur ſecernimur: cur ſeparamur. Vna tellus: in eadem terra. Cur nō habet duos: id eſt cur non ſumus ambo in eadē terra. Sumat: pro ſumeret. Cur confundor: cur perturbor & moueor animo. Quotiens equor confunditur: quotiens mare perturbatur: quod non fieret ſi eſſemus in eadem terra. Vētus cauſa leuis: id eſt ventus qui eſt parua cauſa. Cur potes obeſſe: cur potes nocere impediendo natationem meam: quod facere non poſſet: ſi eſſemꝰ ſimul. Delphines: piſces ſunt repando dorſo homini amicum animal: de quorum natura videatur Plinius & Solinus. is igitur dicit Leander ſe iam eſſe notum propter frequentem natationem ſuam. Piſcibus: ſcil; alijs qui etiam non adeo ſunt familiares hominibus. Iam p;: hyperbole eſt. h̄ eñ fieri non pōt: ſed vt amator dicit: ſe ita crebro ſepe nataſſe: vt appareat in aq̄s q̄ſi limes q̄dā quē ſuo corpore fecit: tanꝙ orbita rote via ꝑ quā mlte rote incedunt. Attritus: frequentatus Solitarum: aſſuetarum mee natationi. Multa rota: pro multis rotis.

Quod mihi non eſſes &c. ſenſus eſt: ego ante querebar ꝙ non poſſem ad te iterare: id eſt venire. Niſi ſic: ſcilicet natando. Sed nunc queror hoc: ſcilicet iterare natādo. Deeſſe mihi: non concedi mihi. Per ventos: id eſt cauſa ventorum: qui me prohibent. Equora athamantidos: id eſt pontus Helle que vt dixi filia fuit athamantis. Canent: ſpumeſcunt. Immodicis: maximis in porto: vbi vt plurimum ſolet eſſe tranquillitas: quanto ergo minus fuerunt homines in medio ipſius. Hoc mare: dicit helleſpontum ita eſſe commotum: vt fuit quando merſit Hellen & ab ea nomen accepit. Reor: puto. Fuiſſe tale: vt nunc eſt: id eſt ita turbatum. Cum: id eſt quādo. Primum: primo. Eſt nactum: eſt adeptum: eſt aſſecutu; Nomen de virgine merſa: de Helle ſubmerſa. Satis infamis: ſatis ad famā [illegible] et ſeuiciam nominatus.

ASCEN. ¶ Et querimur: id eſt cōquerimur. Atq; ita cōtactus: id eſt perculſus monitu nutricis amare: ſcil; amantibus quia coegit ſeparari aduētante die. Alij legunt cūctatus. i. imoratus heſitans quid agerē: ſed legerem potius contactus. Natator: qui ob peritiam artis ſponte ſe in aquas immittit. Naufragus: qui fracta naui ſiue nandi peritus ſiue imperitus cogitur dū poteſt nare: vt ſe ſaluet non vt voluptatem capiat. Quis credere poſſet: quia natura cogimur amare patriam. vnde eſt illud. Nos patrie fines & dulcia linquimus arua. Curui delphines: ſic eñ iplicant̄ etiā natantes vt pingi ſolent. dicunt̄ aūt puerorū eſſe amatores vñ poterāt amores noſſe: ꝙꝙ Hyperbolicos dictū accipimꝰ: corripit̄ aūt vltima q; in accuſatiuo delphinas facit. Hoc quoq; deeſſe: per colliſionē deeſſe biſſyllabū fecit ſicut iuuentus deeſt monoſyllabum dicens. Non deeſt prolato ieiunus venditor auro.

ANTO. ¶ Habet crimen: et culpa ſortitum eſt nomen. Phryxo: phryxus poſt ſororis caſum in colchos delatus eſt ad Oetam. Freta triſtia: per hec procelloſa maria. Pecoris: aurei velleris arietis quo vectus phryxus. Findam corpore: natationis peryphraſis. Arte egeo nullam: non alienis opus eſt adminiculis: ea ſunt nauigia naute vela remi: quibus vndis vehimur: idem nauigium: partes interpretatur. Elycem ex ſententia: Eloſtenis locutus eſt: qui ſcribit Cynoſuram: et Elicem filias Olenij vulcani filij Iouē in Ida filna nutriſſe et ob hoc in celum ab illo rlatas. Aratꝰ ſcri. elycē greci

Elice'

Utq; mihi parcat: crimine nomen habet
Inuideo phryxo: quem per freta triſta totum
Aurea lanigero vellere vexit ouis
Nec tamen officium decoris nauiſq; requiro
Dūmodo quas ſcindam corpore dentur aque.

Arte egeo nulla detur modo copia nandi:
Idem nauigium nauita: vector ero.
Nec ſequor: aut elicē: aut qua tyrus vtitur arctū
Publica nū curat ſydera noſter amor.
Andromaden alius ſpectet claramqꝫ coronam
Queqꝫ micat gelido parrhaſis vrſa polo.
At mihi quod perſeus: ⁊ cū ioue liber amarunt.

cynoſuram. phenices in nauigatione obſeruant: vt in arathea carmine monſtrat germanicus cum dicit. Dat gratis: Elyce curſus maioribus aſtris: Phenicas Cynoſura regit: et nos qd de his veteres ſenſerunt: in interpretatione germanici expoſuimus. Tyrus: phenix nauta. Arcton: minorem vrſam: quā cynoſuraꝫ appellant. publica: que alijs nota et communia ſunt. Andromadē: hanc cephei filiam fuiſſe in tragedia ſcribit euripedes in celum relatam ob perſei gratiam quem ſecuta eſt. alij ad egyptios reſpicit: qui nauigatione andromadē obſeruant. Claramqꝫ coronam: ariadne coronam in celum tranſlatam diximus: quā cretēſes velut ſydus [illegible]uliare ſequuntur. Parrhaſis vrſa: maiorem vrſam: que fuit arcadica intelligit Caliſto no[illegible]atam Lycaonis filiam: licet arietbus Tegeates non caliſto: ſed Megiſto vocatam ſcri[illegible]bat. Cethei filiam ⁊ lycaonis neptem: cui iuppiter in amoris premium celum dedit. Parrhaſi fuēre arhcadie populi vetuſtiſſimi. Polo gelido: ſeptentrionem intelligit: in quo hec fulgent ſydera circa axem. Quod perſeus: andromadā ſignificat quum amaſſe perſeum: ⁊ aceto liberaſ ſe ſcribit Euripedes. Cum ioue: ea eſt caliſto: quam amauit iuppiter. Liber: Bacchus in celum rettulit cum corona ariadnam.

Cynoſura

Andromade

Parrhaſis
Caliſto

VBER.

¶ Utqꝫ: id eſt ꝙuis. Parcat mihi: me non ſubmergat. Habet crimen: habet infamiaꝫ nomine: quia appellatur helleſpōtus. inuideo phryxo. optat ſe poſſe trāſuehi vltra mare ſicut phryxus tranſlatus eſt ab ariete: Quem ouis aurea vellere lanigero: id eſt ouis ſiue aries habens pelleꝫ auream. Uexit: vltra mare ſine ſubmerſione. Nec tamē requiro officium decoris: aut nauis: id eſt n[illegible] tamen quero habere vel arietem: vt habuit phryxus vel nauem aliquam: dummodo poſſim meo corpore natare. Nulla arte tranſeundi: vel naue: vel alio mō. Modo: tātum modo: vel dūmodo. Copia: facultas. Idē: ego idē. Nauigiū: nauis. Nauita: qui regā ⁊ agā nauem. Uector: paſſiue accipitur. i. qui vehar: vt Lucanus. Cauſa hec eſt ſola timoris. Uectoreꝫ nō noſſe tuū. i. eum quem vehis. ſunt enī verba Ceſaris ad amyclā. Nec ſequar: dicit ſe nō nauigaturū ad obſeruationē ſyderū: ſicut alij ſolent. dicit enī ſe tm̄ ſpectare lumen ſui amoris. Helicen: vrſam maiorē dicit quā fabule ferunt ex caliſtone a ioue cōpreſſam poſtꝙ arcada filiū peperit factā: nā ex puella formoſiſſima a iunone in vrſam eſt conuerſa: deinde cū poſt qntūdecimū annū filiꝰ archas invenationē egreſſus matrē occiſurus eſſet: ignorans iuppiter id ſcelus ꝓhibēns ambos in celū trāſtulit ⁊ in ſeptētrionali polo collocauit: ſed iuno exorauit Thetyn ⁊ Oceanū: ne pellicē ſuā ſuis aquis mergi paterētur. itaqꝫ dicūt eas nunꝙ occidere: vt Uirg. Arctos oceani metuētes equore tingi. ad harū obſeruationē naute nauigare ſolent: ſed greci obſeruant Elicē. phenices vero cynoſurā: quā dicimus minorē vrſam. de quibus ipſe Ouid. in triſtibus. Magna minorqꝫ fere: quarū Regis altera graias. Altera ſidonia vtraqꝫ ſicca rates Idē libro tertio faſtorū. Eſſe duas arctos: quarū cynoſura petatur ſidonus. Elicē graia carina notet. de his etiā ita ſcribit Mar. Manilius aſtronomicū libro primo. Summa tenent axis miſeris notiſſima nautis. Signa per immēſum cupidos ducentia pontum. Maioremqꝫ Elicē maior decircinet arcton. Septem illam ſtelle certantes lumine ſignant. Qua duce: per fluctus graie dant vela carine. anguſto cynoſura breuis torquetur in orbe. Tam ſpacio ꝙ luce minor ſed iudice vincit Maiorem tyrio: penis hec certior auctor. Non apparentem pelago querentibus orbem. manifeſte igitur apparet: quare dixerit aut qua Tyrus vtitur arcton. ſignificauit enim Cynoſuram quam vt apparet Tyrij obſeruant: cum altera hoc eſt Elice obſeruet a graijs. Publica ſydera: q̄ oēs aſpicere poſſunt. andromadē: ſtellaꝫ andromades. fuit aūt ādromade cephes ⁊ caſiopes filia i ethiopia: cuiꝰ mr̄ caſiope ſe pulchritudīe nymphis nereidibꝰ ꝓferēs eaꝝ irā ꝓuocauerat: q̄s vt placaret cepheꝰ ammōis oraculū ꝯſuluerat: a q̄ rn̄ſuꝫ fuerat filiā ꝓ ſupbia materna bellue exponendū eſſe: quā nereides ex mari mittebāt: vt illa deuo

rata placarentur. Quod cum cepheus feciſſet ⁊ eam in littore ſaxo alligaſſet: caſu quodam ſuperuenit perſeus filius iouis ⁊ danaes: qui ſupra ea loca volans: cum puellam formoſiſſimam aſpexiſſet eius amore captus: cum eius patre pactus eſt: vt ſibi ſponſa ⁊ vxor daretur: ſi eam liberaſſet: ea igitur liberata cum phinea fratrē cephei eam vxorem volentem ⁊ multos illi auxiliantes in ſaxa vertiſſet: tandem victor argos cum coniuge reuerſus eſt: que poſtea in ſtellā que andromade dicitur mutata eſt. eſt autē legendum andromade per. d. non andromache: nā hec vxor fuit Hectoris: que nunꝙ mutata legitur. Claraꝙꝫ coronam: id eſt ſtellaꝫ ariadnes de qua diximus in epiſtola phedre: gemme enim corone ariadnes quo nouem fuiſſe ab Ouid. dicuntur in ſtellam que corona dicitur conuerſe fuerunt: de qua Virg. lib. i. geor. Gnoſiaqꝫ: ardentis decedat ſtella corone. Vrſa: parrhaſis: id eſt arcadica: nam parrhaſos vrbs fuit arcadie. Gelido: frigido ſeptentrionali: et eſt quaſi iteratio eius quod dixit. Nec ſequar aut Elicen ⁊c. At mihi quā perſeus amauit: id eſt andromadem. Et liber: id eſt bacchus: ⁊ ſignificat Ariadnem.

ASLEN: ¶ Vrſa parrhaſis pro parrhaſia: nomen patronymicuꝫ pro patrio: a parrhaſio monte archadie: aut a parrhaſijs populis eiuſdem regionis.

ANTO. ¶ Non placet iudicium: more aliorum nautarum hec ſydera in curſu non ſeruo. Multo clarius: non accenſa in turre face: ſed de Hero placet intelligi. In tenebris: in obſcuro: ſed obſeruabilem habebit lucem: et clariſſimum ſydus qđ ſequatur. Theſſala pinus: argo que colchos petijt. Palemona: is eſt portunus: quem ⁊ melicertam dicunt vnus ex athamante filius cum quo mater elecheo ꝓmontorio bacchi furore concitata in mare ſe precipitauit: cui portus tutela tribuitur. Reddidit herba deum: glaucum anthedontis filium ſignificat: qui cum in ſcopulis egarum: que ſunt Euboeā piſcaretur piſces: quos in ripam ꝓijciebat tracta herba in mare reſilibant: quā ⁊ ipſe cum tractaſſet in mare tranſilens factus eſt deus. Stra. in balenam verſum ſcribit. Languent: fatigata ſunt. Tendunt: fortius ſe mouent. Eleo carcere: apud helidem in pelopōneſo equorum certamina inſtituta ſunt ab etholis epeis: ⁊ heraclidis duce etilo: qui Helin incoluerunt: templumqꝫ iouis Olympij condiderunt: vbi fuit ſimulachrum eburneum phydie opus. alij ſcribunt ludorum et delubri auctorem extitiſſe herculem: iouis ex alcmena filiuꝫ: quem aiunt primum certaſſe et palmam obtinuiſſe. Carcere: locus eſt vnde equi ad curſum mittuntur: quem Neuius oppidum appellat. Seruo: obſeruo tanꝙ ſydera. Sequor te magis: non aſtra natatu ſeruo: ſed dominam que mihi eius memoria vires ſufficit. Ibis: in celum. Dic mihi: qua ſit iter. doceas oro qua via celum conſcendendum ſit: vt te cōueniam. His es: in terra moraris. Exiguo: difficultatem a loco notat. es in terra inquit et exiguo tempore tecum eſſe contingit ſi in celum feraris ad te ire omnino negaretur. Mea mente: que non minus ꝙ mare eſtuat. Non minus: ꝙ ſi in celo conſiſteres. Breuis: ſeptem tā tummodo ſtadia.

Palemon
Portunus
Melicerta
Glaucus

Helis

VBER. ¶ Cum ioue: id eſt quā iuppiter amauit: ſignificat autem Caliſtonem in vrſam mutatam: vt diximus. eſt autem ſenſus: nolo habere pro indicio natationis mee ſtellam andromades vel ariadnes vel caliſtonis: id eſt vrſe. Indicium: demonſtrationem. Signuꝫ. Aliud lumen: ſcilicet qđ tuo hero in turri tua mihi oſtendis: vel lumen intelligit ipſam amicam. Quo duce: quo regente me. Non erit in tenebris: non ignorabit iter. Dū id eſt dummodo. Spectem: hic lumen tuum. Eam: paro ire. Colchos et vltima ponti: id eſt etiam in extremas aut periculoſiſ

Iudicium dubie non placet eſſe vie.
Eſt aliud lumen multo mihi certius iſtis,
Non erit in tenebris quo duce noſter amor
Hoc ego dum ſpectē colchos atqꝫ vltima pōti
Quaqꝫ viam fecit theſſala puppis eam:
Et iuuenem poſſum ſuperare palemona nando:
Miraqꝫ quem ſubito reddidit herba deum:
Sepe per aſſiduos languet mea brachia motus
Vixqꝫ per immēſas feſſa trahuntur aquas.
His ego cum dixi precium non vile laboris:
Iam domine vobis colla tenenda dabo.

Protinus illa valent:atqꝫ ad ſua premia tendũt
Ut celer eleo carcere miſſus equus.
Ipſe meos igitur ſeruo:quibus vror amores.
Teqꝫ magis celo digna puella ſequor
Digna quidem celo ſed adhuc tellure morari
Aut dic ad ſuperos hinc mihi qua ſit iter
Hinc eſt quo raro miſero contingis amanti
Cũqꝫ mea fiunt turbida mente freta
Quid mihi: quod lato non ſepor equore prodeſt
Non minus hec nobis tam breuis obſtat aq̃.

ſimas partes orbis. Qua: ſcilꝫ partes. Pinus theſſala: nauis iaſonis. Fecit iter:id eſt iuit qua ſi dicat per Scyllam ⁊ Carybdin per ſimplegades ⁊ cetera. Et poſſum ſuperare Palemona iuuenem nando id eſt poſſum melius natare ꝙ Palemon deus maris: de quo talis habetur fabula. Iuno in genus Cadmi irata poſtꝙ de Semeleſſe vlta eſt:etiam Autononen eius ſororem in Pẽthei filij cedem impulit. Inonem quoqꝫ aliam ſororem ⁊ Cadmi filiam in cladem deducere ſtatuit: cum igitur videret eaꝫ ⁊ marito Athamante: ⁊ duobus filijs felicem euocauit ex inferis Erinnyn vnaꝫ ex furijs : per quam in furorem Athamanta conuertit. Nam in eius pectus Serpentem ac virus quo eius mens alienaretur iniecit. Qui per inſaniam vxorem fetam credens inſecutus. Learcum filium:quem illa vlnis geſtabat ſaxo illiſum pro fera interfecit. Qua re viſa Ino ſiue dolore filij ſiue veneno furie:concita ex ſcopulo ſe cum Melicerta filio precipitauit:qui Veneris precibus a Neptuno excepti ſunt: ⁊ dij maris facti. Ino leucothoe a grecis dicitur:a latinis matuta:vt Ouidius in faſtis dixit. Leucothoe graijs matuta vocabere noſtris. Melicerta vero portunus latine:grece palemon dicitur:quem nunc intelligit. Quem herba mira reddidit deũ. Glaucum ſignificat:qui cum piſcator eſſet apud Anthedonem Euboicam: ⁊ piſces in littore poſitos guſtata quadam herba in mare reſilijſſe vidiſſet: ⁊ ipſe eius herbe vim experiri decreuit:qua guſtata ſtatim in mare ſalijt: ⁊ deus factus eſt. vnde Ouidius libro ſeptimo metamorphoſeos. Carpſit ⁊ Euboica viuax anthedone gramen. Nondum vulgari mutato corpore glauci. Idem libro octauo. Ecce fretuꝫ ſcindens alti nouus incola ponti. Nuper in Euboica verſus Anthedone membris. Glaucus adeſt:dicit igit̃ Leander dummodo ſpectet amicam ſuam ſe poſſe ſuperare nando Palemona ⁊ Glaucum deos maris. Languent:debilitantur cadunt. Colla tenenda:id eſt amplectenda. Precium non vile laboris:que remuneratio veſtri laboris erit digna. Valent:recipiunt vires. Ad ſua premia:id eſt ad te que es premium ipſorum. Ut celer:comparatio celeritatis id eſt ſicut equꝰ in olympiaco certamine celeriter ex carceribus exit. Carcere:improprie pro carceribus. nam carcer eſt locus reorum:carceris vnde equi emittuntur ad currendum. Horatius in primo ſermonum. Ut cum carceribus ſeſe effudere quadrige. Eleo carcere: Elis ⁊ Piſa vrbes archadie apud quas curulia certamina celebrantur: ⁊ ideo dixit Eleo carcere. Uirgilius quarto geor. Seu quis ad elei metas: ⁊ maxima campi. Sudabit ſpatia: ⁊ Lucanus. Quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes. Seruo:aſpicio ſequor te magis ꝙ ſydera. Sed adhuc tellure morari: ſcilicet digna: ⁊ melius morari legitur ꝙ moraris. Aut dic:id eſt aut ſi vis ire in celum: dic mihi quomodo ⁊ ipſe poſſim illuc aſcendere. Hic:et hoc ꝙ es digna celo. Raro cõtingis: mihi amanti. raro poſſum tecum eſſe:quia digna ⁊ precioſa difficile conceduntur. Cumqꝫ mea fiunt ⁊c. id eſt turbor:cũ turbatur mare. Quid mihi:dicit ꝙ non prodeſt ꝙ iſtud mare helleſpontiacum ſit tam ſtrictum quia tam breuis maris aqua non minus ei obſtat ꝙ ſi eſſet latiſſimum. Obſtat:affert impedimentum.

¶ Sepe per aſſiduos. Significat ſpem vireſqꝫ omnes in illa ſitas:ſermone quidem lepidiſſimo ſed tam aperto vt explanationis non egeat.

Num malin dubito toto procul orbe remotus

Num malim dubio. Vellem inquit in extremo orbe morari: dummodo herus cõſuetudine po ANTO.

Cuꝫ domina longe ſpem quoqꝫ habere meā.
Quo propius nūc es flāma propiore caleſco.
Et res non ſemper: ſpes mihi ſemper adeſt
Pene manu quod amo (tanta eſt vicinia) tāgo
Sepe ſꝫ heu lachrymas hoc mihi pene mouet
Velle quid ē aliud fugientia prendere poma
Spemqꝫ ſuo refugi fluminis ore ſequi
Ergo ego te nūqꝙ niſi: cum volet vnda tenebo.
Et me felicem nulla videbit hyems:
Cumqꝫ minus firmuꝫ nil ſit ꝙ̄ ventus ꝛ vnda
In ventis ꝛ aqua ſpes mea ſemꝑ erit:
Eſtus adhuc tamē eſt: q̇d cuꝫ mihi leſerit equor
Pleias ꝛ arcthophylax oleniumqꝫ pecus:
Aut ego non noui ꝙ̄ ſim temerarius aut me.
In freta non cautus tuꝫ quoqꝫ mitret amor

tirer. Res non ſemper: potiun di deſiderij facultas. Velle quid eſt aliud: difficultatem auget ſimilitudine: ſum inquit Tantalo

Tantalus

ſimilis. Ille vt Homerus ſcribit poma capiti imminentia: ꝛ aquā abluentem conſpicatur barbam. Et quia prendētem fugiant: ſiti fameqꝫ perpetua vexatur. Poma: que imminent capiti. Fluminis refugi: ſperat vndam deprehendere: que ſequentem fugit. Cum volet vnda: cum maris tranquillitas perſuaſerit. Leſerit: fecerit procelloſum. Ple-

Pleias

ias: pleiades ſeptem ſunt que ortu et occaſu pluuias ꝛ tempeſtates faciunt. Arctophylax: iſ ē

Arctophylax

booetes Iouis ꝛ Caliſtus filius licet Hermippus tradat eſſe philomeum Cereris et Iaſonis filium quattuordecim ſtellis effigiatur. dictus Arctophylax quod arcthos cuſtodiat. Oleniūqꝫ pec⁹.

Oleniū pecuſ

Capram amalthеam ꝛ hedos intelligit quod auriga humeris geſtat: quem vt Hyginius tradit olenum nuncupatum fuiſſe Vulcani filium et ex hoc duas nymphas natas: Elicen ꝛ Egen que Iouis fuerunt nutrices: a quibus due vrbes noīate ſunt: olenos in aulide: helice in peloponeſo: de quibus apud Hyginium varia proditur hyſtoria: tempeſtatem pluuiāqꝫ faciunt: ſiue oriantur ſiue ad oceanuꝫ properant. Quā ſim temerarius: ſtatuit conſilium ab audacia id erat erat vt in ſumma etiam tempeſtate nataret. Tum quoqꝫ: his quoqꝫ aduerſis ſyderibus.

LIBER:

¶ Num malim: an potius velim. Remotus: ſeparatus. Habere ſpem meam longe cum ea: quia patientius ferrem ſi non poſſem ad ea venire. Propior: propinquior ſcꝫ amica eſt. Caleſco: ardeo. Flamma: igne amore. Terentius accede ad ignem hunc ꝛ caleſces plus ſatis. Res: cauſa amoris id eſt ipa amica. Non ſemper: ſubaudi adeſt. Pene: fere. Tango manu: prouerbialiter dixit. Tanta eſt vicinia: tam eſt proximitas inter nos. Hoc: eſſe ita propinquos ꝛ non poſſe ſimul eſſe. Mouet lachrymas: facit me flere. Velle quid eſt aliud. Comparat ſe tantalo: qui in medijs aquis apud inferos ſemper ſitit: neqꝫ poteſt bibere: ꝛ habꝫ poma ad os: ꝛ non poteſt ea comedere aut ore contingere. Quid eſt aliud: quaſi dicat nihil niſi quod mihi accidit qui propinquus amice mee ea tamen careo. Fugientia: ab ore diſcedentia. Sequi ſpem fluminis refugi: id eſt ſequi ſpem aque fugientis. Horatius in ꝑmo ſermonū. Tantalus a labris ſitiens fugientia captat. Flumina: diximus hanc fabulam in epiſtola Paridis. Ergo: cum indignatiōe ꝛ dolore pronunciandum eſſe. Niſi cum volet: quaſi dicat ſtabo ad arbitrium maris: ꝛ nō videbo te niſi cū mare volꝫ me ꝑmittere. Nulla tēpeſtas: ꝛ turbatio maris. Videbit me felicem: videbit me cum amica mea: cum minus ꝛc. i. ſpes mea erit in rebus leuiſſimis hoc eſt in vento ꝛ aqua: quibus dicit nihil eſſe infirmius. Adhuc: hactenus. Quid erit: quaſi dicat: multo maior tempeſtas. Cum leſerit: perturbauerit ꝛ cōmouerit. Pleias: aut ſingulare pro plurali poſuit: pleiades: quod ſignum eſt ante genua tauri: quo ortu ſuo prime nauigationis tempus oſtendit: vnde dicte ſunt a pleio. i. nauigo: aut quod magis placet. Steropes vnius ex pleiadibus ſtellam intellexit: q̄ ortu ſuo tempeſtateꝫ inducit. Ouidius libro primo tri-

ſtium. Sepe ego nymboſis dubijs iactabar ab hedis. Sepe minax ſteropes ſydere pontus erat. Sed non ſolum huius loci: ſed et aliorum cauſa dicendum eſt aliquid de pleiadib⁹. Sūt enim que atlantides dicuntur filie atlantis ⁊ pleiones in celum tranſlate: que quidem faciunt ſignum: vt voluit Seruius ante genua tauri: que licet ſeptem fuiſſe dicuntur: tamē vt ſcribit Ouidius libro quarto faſtorum: ſex tantum apparent. dicit enim pleiades incipient humeros releuare paternos. Que ſeptem dici: ſex tamen eſſe ſolent: vna appellata eſt alcyone amata a neptūno: vt in epiſtola ſequenti videbimus: ex qua neptūnus genuit lycaona ⁊ byricum patrē orionis. Taygeta vero ex ioue peperit lacedemona: a quo lacedemon vrbs dicta eſt: et tantalo peperit Nioben: que nupſit amphioni regi thebarum. Maia etiam a ioue compreſſa genuit mercurium. Electra ex eodem ioue genuit dardanum. Ouid. lib. iiij. faſtorum. Dardanum electra quis neſcit atlantide natū: ſcꝫ electram concubuiſſe iouis. Sterope ex marte genuit Oenomaū patrem hippodamie. Celeno a neptūno amata eſt: vt etiam in ſequēti epiſtola patebit ex qua genuit nycteum qui cum nyctimene filia cōmixtus eſt. Merope ſola cum mortali concubuit. Nam et ſiſypheo genuit Glaucū patrem Bellorophōte. Ouid. Septima mortali: Merope tibi ſiſyphe nupſit. Penitet et facti ſola pudore latet. De pleiadibus hec nunc ſufficiant. Pleias autē hic intelligitur: vt diximus ſydus ſteropes tempeſtuoſū. Arctophylax Stella eſt que ⁊ bootes dicitur: id eſt bubulcus: que ⁊ tempeſtuoſa eſt: latine poteſt dici cuſtos vrſe. Oleniūq; pecus: ſcribit Stra. egas duas eſſe: vnam in euboea: alteram in achaia: dicitq; ⁊ egam ⁊ egas: in quo loco iouē eſt capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribit. ꝓpe eſt olene: vnde oleniā capellam dixere. Oleniū igi pecus poſſumus intelligere: vel ſolum ſydus capre: qđ eſt pluuiale: vt Oui. lib. iij. meta. Addidici regimen dextra moderante carine. Flectere: ⁊ olenie ſydus pluuiale capelle: vel certe ſydus ⁊ capelle ⁊ hedoꝝ ſuoꝝ: nā ob beneficium alimenti a ioue in celum cum hedis ſuis tranſlata eſt: ex quibus factum ſydus: quo nubes pluuias ⁊ tempeſtates inducit: qđ Virgilius oſtendit libro primo geor. Preterea tam ſunt arcturi ſydera nobis hedorumq; dies ſeruandi ⁊c. ⁊ Mālius aſtronomicus libro p̄io. Hunc ſubeunt hedi claudentes ſydere pontum. Nubibus ⁊ mundi nutrito rege capella. dicit igitur Leander: ſi nunc ita turbatur mare: quid erit cum acceſſerint etiam ſydera que natura ſua inducunt tempeſtates. Aut non noui quam ſim te: aut non noui temeritatem meam. Aut amor non cautus: qui facit hominem incautum. Tunc: cum ſupradicta ſydera commouebunt mare. Quod abeſt: qđ eſt remotum.

¶ Num malim. ordo eſt. Num: id eſt nunquid dubito quaſi dicat nequaꝙ̄ dubito: an ſupple malim; id eſt magis velim. longe: id eſt multo. (non eſt ergo legendum maluim) remotus: id ē extris remotus procul toto orbe: habere etiam ſpem meaꝫ cū domina ſup. mea: id eſt ſpem ſimul cum re. Nam ſpes ſemper illi adhuc preſto eſt: domina non ſemper. Fugientia prendere poma more tantali. Refugi: genitiui caſus eſt a nominatiuo refugus a. um. et dicitur refugum quod ſepe fugit: vt flumen illud quotiens appetitur. vnde in primo ſermone Horatius. Tantalus a labris fugientia captat flumina ⁊c. Ergo ego. Bona indignantis particula: vt ergo ne ſupremis potuit vox improba verbis tam dirum mandare nephas? Ergo ibit in ignes? Cunq; minus firmum nil ſit ꝙ̄ ventus. Non eſt legendum nihil: ſed nil vt monet metrum. In ventis: lege cum amara interrogatione que vim negandi habet. Aut ego non noui ꝙ̄ ſim temerarius: vim amoris et dementiam amantium exprimit. Nam ſcientes videnteſq; ſeſe in ſumma pericula mittunt.

ASCEN:

Ergo

¶ Promittere tempus: non putes me tranquillum tempus expectaturum. Polliciti: promiſſe audacie. Aut mihi contingit: aut moriar: aut per audaciam aduerſa numina ſuperabo. In illas: ad quas natare conſtitui. Naufraga membra: que naufragium fecerint: vaticiniū de ſe eſt. Nam cum tentaſſet per procellas natare ſubmerſus eſt. Omine: hoc meo preſagio. Inuiſa: quoniam interitum mihi vaticinatur. Accedant: conſentiant cuꝫ meis votis. Pace: breui: exigui tpis tranquillitate. Perſtet: inualeſcat tempeſtas. Iſtic: apud te. aptū nauale: trāſlatio ſupta a naui

ANTO.

Neue putes id me: quod abeſt ꝓmittere tēpus
Pignora polliciti non tibi tarda dabo:
Sit tumidū; paucis etiam nunc noctibus equor
Ire per inuitas experiemur aquas.

Aut mihi contiget felix audacia ſaluo:
Aut mors ſolliciti finis amor erit.
Optabo tamen: vt partes expellar in illas:
Et teneant portus naufraga membra tuos.
Flebis enim: tactuq; meū dedignabere corpus
Et mortis dices huic ego cauſa fui.
Scilicet interitus offenderis omine noſtri:
Litteraq; inuiſa eſt hec mea parte tibi
Deſine parte queri: ſed vt et mare finiat iram:
Accedant queſo fac tua vota meis.
Pace breui nobis opus eſt: dum trāſferor iſtuc:
Cum tua contigero littore: perſtet hyems
Iſtic eſt aptum noſtre nauale carine.
Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat boreas: vbi dulce morari eſt.
Tunc piger ad nadū: tunc ego cautus ero
Nec faciam ſurdis conuitia fluctibus vlla:
Triſte nataturo nec querar eſſe fretum.
Me pariter venti teneant: teneriq; lacerti.
Per cauſas iſtic impediarq; duas.
Cum patietur hyems: remis ego corporis vtar
Lumen in aſpectu tu modo ſemper habe.
Interea pre me pronoctet epiſtola tecum.
Quā precor vt minima ꝓſequar ipſe mora.

giis: que in tempeſtatibus a nauali clauduntur. Nulla aqua: nullo i loco libentius ſto q̄ tecum. Tūc cum a te diſcedo. Ero cautus: fluctus verebor. Triſte procelloſum. Duas: τ amplexus τ vētos. Remis corporis brachia ſignificat quorū ſignificatione ferebatur. Lumen habe: facem in turri erige. Interea ſeuiētibus procellis. pro Leā. epiſtolam teneas. Quam precor: deſiderio ſuo epiſtolam clauſit: vt qđ maxime vtriq; erat clariſſimū in aīo legentis relinqueretur: nam que in fine ſunt: ideo vehementiora eſſe debent: quoniam veluti proximiora animo ſemper obiiciūtur: vt adactis concitatus aculeis ardentius moueatur.

VBER. ¶ Pignora. ꝓbationes. Certa: ſigna. Polliciti: ꝓmiſſionis mee. Si tu: paucis τc. i. ſi aliquot noctibus duret hec tempeſtas: ego experiar venire inuitus aquis. Aut mihi: facit argumentū qđ dicitur dilema: qđ vtrinq; concludit: et probat ſibi eſſe eundū. audacia felix: cui fortuna τ dii fauebūt. Saluo: incolumi. aut: alia pars: aut ſi moriar mors finiet ſollicitudines τ moleſtias mei amoris. Expellar a fluctibus ꝓiiciar. Illic: vbi tu eris. Naufraga membra: id eſt naufragus et ſubmerſus. Dignabere tactu: id eſt dignabere tangere. Cauſa mortis: quia propter amorem meum auſus eſt tam turbidū mare ingredi. Scilicet: fingit Leander amicam ſuam non audire libenter malum omē de eius morte Interitus: mortis. Accedant meis votis: id eſt adiungantur: vt tu facias vota ſicut ego. Pace: trāquillitate maris. Breui: parui tēporis. Perſtet: perſeueret cum ero apud te. Illic eſt: tranſlatio ſicut naues bene ſunt vbi habēt portum: ita dicit ſe habere. Nauale aptum ſue carine: id eſt amicam ſuam ſibi aptam. nauale intelligit amicam carinam vero ſeipſum: quia fungebatur officio carine tunc cum natabat Cautus: quia non diſcedam a te: vt immittam me periculis. Nec faciam conuicia fluctibus: id eſt non incuſabo fluctus. Surdis: non audientibus ipſe ſupra. Surdior ille freto: τ cetera. Triſte: aſperum: aduerſum. Nataturo: mihi. Per duas cauſas: per ventos τ lacertos tuos. Remis corporis. i. brachiis ad natandum vtar loco remorum. In aſpectu: in turri: vt poſſis a me aſpici. Pernoctet: vigilet. Ipſe: ego. Minima mora: breui tempore.

ASCEN: ¶ Optabo tñ. Moris eſt poetici id in preſagiis ponere τ ꝑdicatōib⁹ qđ euenturū ſciūt. vnde dido. Sed cadat ante diem mediaq; inhumatus harena. Litteraq; īuiſa eſt: id eſt epiſtola.

In oratione littere dicuntur. Conuitia. a conuito aut conuitupero. producit enim ſecundā cum vitium primam corripiat. Perſequar minima mora: ideſt poſt minimam moram ad finem vſqꝫ ſequar. Et eſt ſumma votorum quam in fine fere ponit Ouidius: aut cuius nomine ſcriptam dicit.

## Hero Leādro. Epiſtola.xviij.

Quam mihi miſiſti verbis leandre ſalutem.
Ut poſſim miſſa rebus habere veni
Longua mora eſt uobis oīa q̄ gaudia differt.
Da veniam faſſe non patienter amo

ANTO. ¶ In.xviij. epiſtolā argumentū. Seſton vrbē Theopompus ſcribit fuiſſe paruā: ſed bene munitam: et quoniaꝫ anguſtiarum aditus principatuꝫ tenuit vrbium que in Cheroneſſo ſunt omniuꝫ optimā dixerunt. Cheroneſſi, promontoriū eſt maſtuſia: in cuius fronte ſygeuꝫ eſt: achiuorū ſtatio: illic prothefilai delubrum: et cinoſeme: q̄ eſt Hecube in canem verſe ſepulchrum viſebatur. Eſt preterea turris ſeſto contigua: vbi Hero accēſas faces erigebat: quas ſequut᷒ Leander enataret: ſed cum ob tempeſtatem dies aliquot natare ceſſaſſet accepta illius epiſtola reſpondet. Deſidiā interdū accuſat: īterdū amoris ſuſpitionē ingerit: demū ſuadet vt non niſi trāquillo mari audeat enatare. Quā mihi miſiſti verbis. Leādre ſalutē. priori epiſtole ſimile eſt principium. vtraqꝫ enim ſalute miſſa expoſitoqꝫ deſiderio amantis fauorem conciliat. Longa mora eſt: auget deſiderium a tp̄is momento. Mora: quāuis exigua longa mihi videt̄.

Seſtos — Cheroneſſos — Maſtuſia

VBER. Quam mihi miſiſti. Hero epiſtole Leandri reſpondens dicit ſe deteriorem eſſe conditione q̄ ſit Leander: quia et ſi pares ſunt amore: multis tamen de cauſis: ipſa minus poteſt amori reſiſtere. et oſtendit q̄ ſincero et continuo amore eum amet cū dicit ſe cupidam vt leandet ad ſe veniat: hortatur tamen: vt diligenter aduertat ne ſe periculis obijciat: ne ſi moriatur ſit etiaꝫ cauſa mortis ipſius. dicit autē ſe maxime terreri viro quoddaꝫ quod ei in ſomnis apparuit de morte cuiuſdam Delphinis harene illiſi et ſtati mortui. Rebūs: effectu. Omnis mora: quelibet. tardatū tp̄is etiā breuis eſt longa propter affectum tui. Virgi. i. bu. Si mihi non hec lux toto iā longior anno. Hora. vt nox lōga quib᷒ mētit̄ amica. Faſſe: mihi ꝯfitenti amorē meū.

ASCEN. Quam mihi miſiſti ꝛc. Hec epiſtola reſponſiua herus ad leandrum etiam a Sabino dictata creditur. cuius ſubtilis quidem eſt compoſitio ſed vſqueadeo facilis vt pudeat quicq̄ ad tantam claritatem lucis adijcere. Longa mora. Ordo eſt. omnis mora q̄ differt nobis gaudia: eſt. i. videtur et reputatur longa q̄tūuis breuis ſit.

Urimur igne pari: ſed ſū tibi viribus impar:
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris
Ut corpus teneris ſic meus infirma puellis.
Deficiam parui temporis: adde moram.
Uos modo venando: mō rus geniale colendo
Ponitis in varia tempora longua mora.
Aut fora vos retinēt: aut vncte dōa paleſtre
Flectis aut freno colla fugacis equi.

ANTO. ¶ Igne pari: equo amoris ſtimulo vexamur. Sed ſum tibi viribus impar: ſe maiorem pati cruciatum a ſexu arguit: ſū inq̄t femīa ſō impar virib᷒: hoc eſt debilior: Ingeniū ad reſiſtēdū conſtātius cor. Infirma: ībecillis ad tolerādos affectus. Uos modo venādo: a ſtudiorū varietate propoſitū firmat. Rus geniale. villas ad delectationem ornādo: nam vt quiſqꝫ erat laudatiſſimus: is agrū colere conſueuerat: vt ſcri. Cat. Geniale amenum: aut cultura aut filiis inceditis: aut aquarū ſcaturi

Nūc volucrē laq̄o: nūc piſcē ducitis hamo.
Diluitur poſito ſerior hora mero.
His mihi ſubmotis: vel ſi minus acriter vtar.
Quod faciam: ſupereſt preter amare nihil
Quod ſupeſt facio: teq3 o mea ſola voluptas:
Plus quoq3 q̄ credi quod mihi poſſit amo
Aut ego cū cara de te nutrice ſuſurro.
Queq3 tuū miror cauſa moretur iter.
Aut mare proſpiciens odioſo concita vento.
Corripio verbis equora ſepe tuis.
Aut tibi ſeuitiā paulū grauis vnda remiſit
Poſſe quidē: ſed te nolle venire queror
Dūq3 queror lacrīe per amātia lumina manant.
Pollice q̄s tremulo conſcia ſiccat anus
Sepe tui ſpecto ſi ſint in littora paſſus:
Impoſitas tanquā ſeruet harena notas:
Utq3 rogem de te: ꝛ ſcribā tibi ſiquis abydo.
Uenerit aut quero ſiquis abydon eat.
Quid referā quotiens do veſtib⁹ oſcula q̄s tu
Heleſpontiaca ponis iturus aqua.
Sic vbi lux acta eſt: ꝛ noctis amicior hora.
Exhibuit pulſa ſydera clara die.
Protinus in ſumma vigilātia lumīa turre
Ponimus aſſuete ſigna notaſq3 vie:
Tortaq3 verſato ducentes ſtamina fuſo
Feminea tardas fallimus arte moras
Quid loquar interea tā lōga tempore queris:
Nil niſi leandri nomen in ore meo eſt.

LIBER.

gine. Ponitis: ſuperatis. In varia mora: in varijs ſtudijs immorando. Fora cauſa: forēſes. Dona: palme. Paleſtre iuncte: qui certabant paleſtra oleo perfundebant ideo vncta pales a papinio dicit. Ducit captatis: decipitis in venādo. Hora ſerior: temporis longitudo. Diluitur multo vino ꝯfuſi ſuperatis: non enim temp⁹ vino: ſed homines diluuntur. His ſubmotis: cum hec ſtudia mihi non ſint. Facio amo: aut ego cum cara: leādri mutatiōe: quid ipſa itidē agit exponit. Suſurro: clā ꝛ voce preſſa loquor. Corripio: habeo ꝯuitia deteſtor. Grauis vnda: procella. Sed te nolle venire queror: ingerit pellicis ſuſpitionem: de qua a ꝑte poſtmodū loquet. Amātia lumina: amant. Her⁹: oculos. Tremulo: ſenili. Impoſitas notas: inpreſſa veſtigia. Scribā tibi: tue epiſtole rn̄debo. Ueſtibus leādri: veſtes hero ſeruabat: quibus cum nataſſet vtebatur. Aquas: deſuꝑ Sic vbi vox facta eſt: deſcribit tēpus: vt commiſerationez moueat Amicior: gratior: qm̄ hoc tēꝑe te natantem ſuſcipere conſueuit exhibuit: mortalibus oſtētauit. Signa notaq3 vie: incēſam facē ſignificat: quā in ſūma turri erigere ꝯſueniſſe diximus: vt ad eam ſuum natū Leander dirigeret. Fallim⁹ moras: tp̄is longitudinē ſuperam⁹. Arte feminea: ꝯfilādo texādoq3. Quid loquar: ſermocinatione vtitur. Ipſa enim rogat et rn̄det.

¶ Uiribus: robore animi ad reſiſtendum amori. Ingenium. Naturam. Ut corpus: ſcientia phyſica: dicit enim ex imbecillitate corporis ībecillitatē quoq3 animi fieri. Deficiam: conſumar. Uos: ſcilicet viri. Ponitis tempora longa in varia mora: ideſt preteritis tp̄s varijs modis mō venādo: nā exercitiū ē virile. Mō: interdū. Geniale: amenum plenū voluptatis. Nā genius de⁹ eſt nature: cui volnptati operam dātes indulgere dicuntur. Perſius. indulge genio: carpamus dulcia: ide genialis voluptuoſus dicit. Uir. inuitat genialis hyēs. Iuue. Genialis agatur iſta dies. Fora: actiones cauſaꝝ: q̄ in foro aguntur. Aut dōa: mūera et exercitia. Paleſtre: luctatiōes: ſunt autem hec officia virilia. Iuuena. Nunquid nos agim⁹ cauſas. ciuilia iura. Nouim⁹ aut vllo ſtrepitu fora vr̄a mouem⁹. Fora vr̄a dixit. i. q̄ vos viri frequētare ſolet. Flectit aut exercimini eq̄

tando. Fugacis: velocis optime currentis. Cuius clara fuga ante oculos: ⁊ primus in equore puluis. Ducis: capitis. Diluitur: madeſcit: temperatur. Serior hora: id eſt ſerū tempus. Poſito mero: id eſt bibendo. Ipſe mare. Cura fugit multo diluiturqꝫ mero. Semotis: remotis. Minus: non. Quod ſupereſt facio: id eſt amo: qd̄ ſolum reſtat mihi faciendū. Plus quoqꝫ. o: do eſt. amo te: pluſqꝫ id quod poſſit credi mihi. Aut ego: dicit quod agat interea dū durat tempeſtas: aut eniʒ loquitur de leandro cū nutrice aut in mare inuehitur ſicut ⁊ leander. Suſurro in murmuro ⁊ clā demiſſeqꝫ loquor. Moretur: tardet. Corripio: incuſo. Pene tulis: quibus tu quoqꝫ corripis. Remiſit: diminuit: pauluʒ ſeuitie: id eſt paulum turbationis. Conſcia: que nouit amorem meuʒ. Tremulo: ꝓpter etatem anilem. Notas: ſigna veſtigia peduʒ. Rogem: interrogē. Ponis: pro deponis. Exuebat eñ ſe cū erat nataturus ⁊ reliquebat veſtes apud Hero: quas dicit ſe ſepe oſculari propter amorē eius. Lux: dies. Acta: preterita. Sic loquēdo de te ⁊ oſculādo veſtes. Hora noctis amitior: id eſt gratior: vt ſupra alibi. Nox grata puellis: quarum ſuper poſitus colla lacertus habet. Exhibuit: oſtendit: ſigna notaſqꝫ. epherege ſis eſt. nam nota idem eſt quod ſignum. legendū eſt autem ſigna notaſqꝫ: non autem notaqꝫ ſigna tue: vt quidam male legunt. Tota ſtamina: fila que nendo torquētur. Fallimus: preterimus: penelope. Nec mihi querenti ſpacioſum fallere nocteʒ. Feminea arte: nendo que ars feminarū proprie eſt. Queris: id eſt rogas: ⁊ vis ſcire.

¶ Vos modo ⁊c. Artis eſt a ſexu argumentari ne perſonam ledamus: ⁊ ideo pluraliter dixit vos ſcilicet omnes viri de more ponitis: id eſt tranſfigitis modo: id eſt aliqñ venādo ⁊c. Hora ſenior: id eſt tardior. vel ſi: id eſt etiam ſi minus acriter vrat: id eſt licet non tam vehementer amem: quid aliud faciā ꝙ amem cū aliud facere nequeam. Quod ſupereſt facio: id eſt amo. Quid referā ⁊c. Tota epiſtola id agit vt ſe ardēter redamare ſignificet ⁊ ad mutuos cōplexus amatorē citiꝰ aduocet. Noctis amitior: taceant ergo inepte q̄ ab amico amicitior ci geminato deduci ꝑcipiunt. Quid loquar ⁊c. ſubaudi ſi: vt ſit: ſi queris quid ſit quod loquar interea taʒ longo tempore. Nil niſi leandri nomen in ore meo eſt: id eſt nil loquor niſi de te: dicendo ſcilicet. Iam me putas ⁊c. ASCEN.

¶ Mea gaudia. maiori affectu enunciatū eſt ꝙ ſi meus Leander diceretur. Omnes: abideni Suos: ne ſui hoc facinus deprehendant. Pallade: oliuo: cuiꝰ tutelaʒ habet Pallas. Natatores oleo diluuntur: ne aquaruʒ frigiditate: leſi nerui aut iuncture coherērent. Annuit: te iam natare capitis nutu concedere videtur. Non noſtra ꝙ oſcula curet: non enim et cura noſtri amoris id concedit: ſed ſomno delinitum caput dum natat nullis auditis verbis annuere videtur. Mouet: ad nutū impellit. Obrepens: nullo murmure ſerpens. Contacta terra: ab opere more et iguitatem oſtendit: cum produxit filum in terram: vſqꝫ et quo incepiſſe natare diximus. ANTO.

Proſpicimus: ſpecula mare longius ſpectamus. Captamus: ſubauſcultamus. Voces: nocturna murmura. Decepte: qnoniam tuo aduentu vt putarā priuata ſum. Inuitus: quia licet nō venire decreueris: ſomnia te mihi reduxerunt. Humida: recenti natatōe perfuſa. Velamina: veſtes quibus tua foueres mēbra Fore: aque rigore releuare. Multaqꝫ preterea: honeſtiꝰ que pre pudore erant tacenda ſignificauit. Hec: que ſomno captat. idē locus in ſappho: cum dixit: Sed nō longa ſatis gaudia ſomnus habet. Firmius: abſqꝫ ſomnioruʒ falſitate. Cur ego tot viduas: peracta demōſtratione ad querelas redit. Prima ſumit a temporis diuturnitate. Unde Leandruʒ ſegnicie arguit: ꝙ non natarit. Frigida: ſine leandro. Lente: deſes in amore. Confiteor: diluit illud Leandri ipſa vides celum pice nigrius. Lenior aura: ventus ſedatior.

Iam ne putas exiſſe domo mea gaudia nutrix
An vigilant omnes: ⁊ timet ille ſuos?
Iam ne ſuis humeris illum deponere veſtes
Tigere iam pingui pallade membra putas?
Annuit illa fore: non noſtra ꝙ oſcula curet
Sed mouet obrepens ſomnus anile caput.
Poſtqꝫ more minimū iam certe nauigat inquā
Lentaqꝫ dimotis brachia iactat aquis.
Paucaqꝫ contacta perfeci ſtamina terra
An medio poſſis querimus eſſe freto

Et mō perſpicimus timida mō voce precamur
Ut tibi faciles vtilis aura vias.
Auribus interdum voces captamus ꝛ omnem
Aduentus ſtrepitum credius eſſe tui.
Sic vbi decepte pars eſt mihi maxima noctis:
Acta ſubit furtim lumina feſſa ſopor.
Forſitan inuitus mecum tñ improbe dormis:
Et q̄uis non vis ipſe venire: venis:
Nam mō te videor prope iam ſpectare natantē:
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nunc dare q̄ ſoleo madidis velamina mēbris
Pectora nunc iuncto noſtra fouere ſinu.
Multaq̧ preterea lingua reticenda modeſta
Que feciſſe iuuat: facta referre pudet.
Me miſeram: breuis eſt hec: ꝛ non vera voluptas
Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.
Firmius o cupidi tandem oceamus amantes:
Nec careant vera gaudia noſtra fide.
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes:
Cur totiens a me lente natator habes?
Eſt mare confiteor: nondum tractabile nanti:
Nocte ſed externa lenior aura fuit.

¶ Jam ne putas: verba Heroos ad nutricem: quib⁹. interrogat qđ de Leandro putet. Mea gaudia: meam voluptatem: ſcȝ Leandruȝ. Oēs: eius domeſtici. Timet ſuos: ne videant eum exeuntē domo. Deponere veſtes: exuere ſe: vt natet huc. Tigere: vngere. Pallade pingui: id ē oliuo. poſuit autem inuentriceȝ pro inuento. Nā pallas inuētrix fuit oliue: vt Uirgilius in geor. Oleeq̧ minerua inuentrix. Nam cuȝ neptunus ꝛ minerua vt fabule ferunt de imponēdo nomine athenis contenderet. Placuit dijs: vt eius nomine ciuitas appellaretur: qui munus melius mortalib⁹ obtuliſſet. Neptunus percuſſo littore equū: animal bellis aptuȝ produxit. Minerua facta haſta oliuaȝ creauit: que res eſt melior comprobata: ꝛ pacis inſigne. vnde athenas a nomine ſuo dixit. nam ipſa grece athena dicit̄ Annuit nutu ꝛ motu capitis ſignificat ita eſſe vt petiuerā. Fere: tēperamentum eſt: id eſt fere annuit ꝛ nutu affirmauit: quod īterrogaui. melius auteȝ fere q̄ƥ fore legit̄ ꝛ ratione metri: ꝛ ratione ſenſus. nam fore ſemper ſignificat temp⁹ futurum. Noſtra oſcula: noſtraȝ voluptatem. Obrepens: latenter adueniens. Ci. in catone maiori đ ſenectute. Eam obrepere autem citius q̄ƥ putaſſent. Mouet caput anile: facit eam annuere. Dormiētes eñ aut iaȝ declinantes ad ſomnuȝ: ita ſolent mouere caput: vt videantur annuere loquentibus cum eis. Poſt minimum more: id eſt minimum ſpacium poſtq̄ƥ ſupra dicta dixi: Terra tacta: id eſt ſtamina ita longa vt fuſus tangat terram. Captamus voces: id eſt auſcultamus an aliquā vocem audiamus. Strepitum: ſonitum. Ubi: poſtq̄ƥ. Maxima pars noctis eſt: id eſt preterita ſic cogitando et interrogando de te. Furtim: latenter.
Subit: ingreditur. Lumina feſſa: oculos meos fatigatos numinum invigilando. Dormis: ſcilicet in ſomnijs: vel cogitatione. Improbe: contumelia eſt apta amantibus. Uenis: quia ſomnio te venire. Uideor: ſcilicet mihi exiſtimo. Uelamia: veſtes. Membris madidis: tuo corpori madido. Sic eniȝ ipſe Leander dixit. deq̧ tuis demptos humeris mihi tardis amict⁹ Nunc: interdum. Fouere: calefacere. Noſtra pectora vt ipſe. Excipis amplexu. Reticen modeſta non dicenda: vt ipſe etiam Leander. Cetera nox ꝛ nos et turris conſcia nouit. Pudet referre facta: id eſt pudet me dicere ea eſſe facta a nobis. que tamen iuuat feciſſe: et bene oſtendit multa inter amantes fieri: que honeſte referri non poſſunt. Hec voluptas ſomnij: et breuis eſt: quia cito abijt. Et non vera: quia deludit me. ſomnia enim imitantur voluptates. ſed parū durant. Biblinis apud Ouidium libro nono metamorpho. Gaudia quanta tuli. q̄ƥ ne manifeſta libido. Contigit vt iacui totis reſoluta medullis. Ut meminiſſe iuuat: quamuis breuis

illa voluptas. Nox ꝙ fuit preceps et ceptis inuida noſtris. O: ideſt vtinam. Coeamus: coniūgamur. Firmius: ꝙ per ſomnum. Vera fide: vero affectu: ideſt vt poſſint credi vera. Frigida ſolo: vt penelope. Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. Lēte: tarde. Abes: es abſens et remotus. Eſt mare: ponit reſponſionem quam poſſet facere leander: et quam iam fecit. Tractabile: aſperum acceſſibile. Heſterna: herina. Lenior: mitior ꝙ nunc. ASCEN.

¶ Annuit illa fore: ideſt nutu capitis ſignificat futurū: non ꝙ curet noſtra oſcula: ſed quia ſupple ſomnus obrepens mouet caput ſenile: ideſt anile. Poſtq; more minimū: ideſt immediate poſt. Paucaq; contacta: qui a nendo vt filum longum producant fuſum in terram vſq; demittunt: texendo autem pedibus terram contingunt: vtroq; autem modo intelligi poteſt. Priori accipiendo ſtamina pro filis in fuſo ad ſtamina conficienda. Forſitan inuitus mecum tamē improbe dormis. Improbus enim eſſet et imitis hoc eſt ſi nollet amari. nam dormit cum ea p fantaſiam. Coeamus: ideſt conueniam⁹: congrediamur: nam de coitu venereo inhoneſtum eſſe et indecorum puelle loqui. Viduas noctes. i. que me faciunt viduam: ideſt ſine amico ſeu dilecto meo. Eſt mare: confiteor. Quia id in omni fere amore: vitium eſt vt ſuſpitiones et zelotypie ſeſe interniſceant. Facit poeta etiam hanc zelotypam quaſi vero nouo amore captus immoretur.

Cur ea preterita eſt: cur nō ventura timebas?
Tam bona cur perijt: nec tibi rapta via eſt:
Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus,
Hoc melior certe quo prior ille fuit.
At cito mutata eſt iactati forma profundi.
Tempore: cū properas: ſepe minore venis
Hic puto deprenſus: nil qđ q̄rereris haberes.
Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certe ego tunc ventos audirē leta ſonātes
Et nunꝙ placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen euenerit: cur ſis metuentior vnde.
Contēptumq; prius nunc vereare fretū
Nā memini cum te ſeuū veniente minaxq;
Non minus aut multo nō minus equor erat
Cum tibi clamabam: nō tu teme rarius eſto
Ne miſere virtus ſit tua flenda mihi.
Unde nou⁹ timor hic? q̄ illa audacia fugit
Magnus vbi eſt ſpretis ille natator aquis
Si tamē hoc potius ꝙ quod prius eſſe ſolebas
Et facias placidū per mare tutus iter.
Dummō ſis idē: dū ſicut ſcribis amemur
Flāma que nō fiat frigidus illa cinis.

¶ Ea preterita: cur preterijt ei⁹ temporis occaſio: vt ad me non natares. Ventura: que poterant eſſe deteriora. Tam bona: nox ad nauigandum commoda. Similis copia: eadem natandi oportunitas. Melior: gratior. nam ſi prima occaſio pretereatur: eadem minus habebit gratie ſi redierit. At cito mutata eſt: cum ſtomacho leandri duo verba obiectat. Tempore minore: quoniam preterijt temporis: quare aſſiduo notandum eſt: nec momenta quidē temporis perdēda. nam quotidie minus tempus relinquitur. Hic puto deprenſus: hoc Leandri eſt cum dixit. Cum tua contingaz littora perſtet hyems. Tum: cum adeſſes. Quid tamen euenit: locus eſt qui dicitur preter ſpem. Quid accidit vt mare contemnebas. Iam timeas: quod nū ꝙ ſperaſſem. Non multo minus ſeuum: non erat minus procelloſum ꝙ nunc cū olim ad me nauigares: hec omnia ſunt ſuſpitōnis ſemina: ne ob aliam fuerit deſtituta. Clamabam tibi: te obiurgabam. Virtus: natādi audacia. Unde ad alienum amorem reſpicit: quia mei oblitus aliam amas. Ille magnus natator: admiratio hec ſuſpitionem alienati amoris auget. Hoc tumidus: q̄ ꝙ prius ꝙ temerarius et audax: adhortatio eſt ad ſalutem. Et facis iter: non natas niſi tranquilla ma- ANTO.

VERSITA

Non ego tan ventos timeo.mea vota morãtes
Quã ſimilis vento ne tuus erret amor.
Et ne ſim tanti ſuperentq́ȝ pericula cauſam,
Et videar merces eſſe labore minor.
Interdũ metuo:patria ne ledat et impar
Dicar abydeno ſeſta puella toro.
Ferre tamen poſſem paciẽtius omnia q̃ ſi

ri. Sic idem: in amore perſtes. Flãma:amor priſtin⁹. Frigidus cinis: tranſlatio a langueſcẽte igne:qui in cinerem euaneſcit. Non ego tam ventos: quicquid in occulta ſuſpitione erat aperit. Mea vo. qđ⁹ te natare opto. Erret:a me deſiſtat. Nõ ſũt tãti: apđ te miori⁹ ſim:q̃ pericula. Cãm:q̃ te ad natandũ ĩpellit. Merces: materia vilior videatur q̃ tua pericula. Patria: quoniam aſiana ſim et barbara. Impar: indigna tuo coniugio. Omnia: oĩs que te remorantur cauſe.

VIBER. ¶ Ea:aura leuis. Cur eſt pretrita cur omiſſa:quia non auſus es:vel ea:ſcilicet nox in qua fuit aura lenior. Ventura tempora: quia poſſet dicere. Expectabam etiam meliora tempora:dicit q̃ timere debuiſſet:ne peiora venirent. Via:commoditas vie. Cur p̃t:cur omiſſa eſt. Vt:q̃uis. Copia:facultas. Similis:rurſus:ſimilis natatiõi. Detur:contingat tibi illa commoditas preterita. Fuit hoc:ideſt tanto vel eo melior quo fuit prior:ideſt quo antecedebat:nam celeritatis voluptatuȝ magna eſt gratia. At cito:alia obiectio parum iniquis durauit illa lenitas aure et maris:que fuit nocte preterita:et cito mutata eſt. Tempore: reſponſio Heros ad hanc obiectionem:dicit cum tu vis cito venire:ſepe venis breuiori tempore q̃ fuit illud: ita q̃ potuiſſes venire per id ſpacium quo durauit illa tranquillitas. Deprenſus:tempeſtate detentus ne poſſes redire:deprehendi proprie dicuntur naute tẽpeſtate impediti. Virgilius in quinto eneidos. Hunc ego getulis agerem ſi ſyrtibus exul. Argolico ve mari deprenſus et vrbe micene. Noceret:diſpliceret. Eſſet ingrata ti. tũ cum eſſes hic mecum. Sonantes:ſtridentes:murmurantes. Aquas:maris. Nunq̃ eſſe placidas: nunq̃ eſſe tranquillas:vt nunq̃ poſſes a me diſcedere. Quid tamen:ſuſpicatur Hero: ne leander metuerit natare:quia aut minus eam amet:aut aliȷ amori fortaſſe indulgeat. Unde maris. Contemptum:a te non formidatum. Iuue.contempſit pelagus. Prius: ante cum ad me ſepe nataſti. Nam memini:dicit eum nataſſe alias ad ſe cum mare non erat multo minus turbatum:q̃ nunc.ordo eſt.nam memini cum te veniente:ideſt natante ad me: equor non erat minus ſeuum et minax:ſcilicet:q̃ nunc. Aut non multo:correctio eſt exornatio rhetorica.i. ſi erat min⁹ ſeuũ ñ erat multo minus. Sic temerarius:ſic audax. Tua virtus:tua animoſitas. Uñ: ex qua cauſa. Nouus: inſolitus quocȝ due dictiones ſũt.ideſt et quo fugit illa audacia quam antea habebas. Ille natator:ille leander qui non timebat maris pericula. Sis tamen hoc.ſ. timidus. Quam quod ſolebas eſſe:ſcilicet audax. Placidum:tranquillũ. Dummodo ſis idem:dummodo perſeueres in amore noſtro:et ſis idem amator meus qui ſolebas eſſe. Illa flamma:ille ignis tui amoris. Non fiat frigidus cinis:nõ extingatur: et eſt tranſlatio ab igni. quid extinctus ſit cinis. Morantes:tardantes. Mea vota:meum deſiderium aduentus tui. Similis vento:inconſtans. Erret:vagetur et a me ad aliam tranſeat. Ne nunc ſi tãti:ſic legendum:ideſt timeo et nunc me tanti non eſtimes:vt putes per tanta pericula ad me veniendum. Et ne pericula:ſuperent cauſam:ideſt pluris facias pericula q̃ me: que ſum cauſa periculorum. Et ne videar eſſe merces minor labore:ideſt premiuȝ minus q̃ ſit labor tuus:id ẽ vt nõ videar tibi ſatis digna:quã tanto labore natãdi petas. Ne ledat patria:ideſt ne noceat mihi imparitas patrie. Ne ego ſerta:ideſt ex Seſto. Dicar:impar:inequalis. Viro abydeno:que eſt clarior mea ſeſto. Omnia:que te morentur. Patienti⁹: melius. Quam ſi tu captus neſcio qua:ideſt aliqua. Pellice : concubina. Agas ocia: ideſt moreris et ceſſes. In tua: ſubaudi.

ASCEN. ¶ Cur eſt preterita: ſcilicet aura lenior. Cur non ventura timebas: ideſt ea que euenire poterant. Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus.i. ponamus caſum vt copia ſimilis curſus detur tibi protinus certe illa.ſ.via et aura oblata ħ.i.hac re:aut tãto fuit melior quo prior.

duplex argumentatio:prior ex eo ꝙ dataꝫ occaſionem ſuſcipere debemus neſcij an ſimilis vnꝙ dabitur. Unde eſt illud. Fronte capillata poſthec occaſio calua eſt. Et illud Lucani. Tolle moras:nocuit ſemper differre paratis. Altera quia tametſi ſimilis occaſio redeat:tamē prior eo ꝙ prior melior eſt. Naꝫ ſicut in malis ſi euitari nequeunt non nihil boni eſt ſi differri poſſunt:ita in bonis non nihil mali eſt:tametſi certo futura ſunt ſi differantur. Nil quod querereris. ita legendum eſt a quererer querereris ⁊ cetera. Ut ſis metuentior. vnde genitiuꝰ eſt rectus virtute poſitiui. Nam ſicut dicimus ſum metuens vnde:ita dicimus ſuꝫ metuentior vnde: ⁊ metuentiſſimus vnde. Non minus aut multo. Ordo eſt. Equor erat non minus ſeuum ⁊ minax:aut non multo minus ſeuum ⁊ minax. Quoꝗ illa audacia fugit. Quoꝗ due ſunt partes: et ita quo producitur:ſignificans:et quo. fugit autem preteriti eſt temporis et ideo prior quoꝗ producitur. Ille natator:quaſi diceret notiſſimus et laudatiſſimus:aut audaciſſimus:flammaꝗ:id eſt et ita flagrantiſſima amoris flamma:non fiat cinis frigidus:id eſt non reſoluatur in frigidum cinerem:hoc eſt in torporem aut obliuioneꝫ. Et ne ſim tanti. Ordo eſt. Et ego non timeo tam ventos ꝙ ne ſim tanti:id eſt quantum timeo ꝙ non reputabor tanti:et ꝙ pericula ſuperent cauſam id eſt maiora videantur ꝙ cauſa hoc eſt ꝙ ego:pro qua ea debeas ſubire.

ANTO.

¶ Neſcio qua pellice:id mihi deteſtabile videtur:ſi alieno amore detentus negligis. Iſto crimine:vt me deſerta aliam ames. Fata:mors precedat meum crudele hoc facinus. Uenturi doloris:fatetur coniecturam nullis ſignis probari poſſe adeo:vt rumore etiam careat. Sed tantum arguit a conſuetudine amantium qui timent omnia:quam a loco firmat. Securus:ſine timore amat nemo. Locus:diſtantia noſtra auget timorem. Felices illas: acclamatione: pathos excitatur. Preſentia:idem locus. Iuuat:mouet. Uana:falſa. Iniuria:alieni amoris ſuſpicio. Incitat:et morſus. Me mordet et vetat. Error vterꝗ: meus ob vanaꝫ ſuſpitionem: aut tuus propter vanum amorem. Hic: in hac cauſa. Si quam ſciero: ſi aliam amaueris. Si mea fata necis:ſi me mori coegeris. Sed neꝗ peccabis:cum anceps fluctuet:diluit iam ſuſpitiones referens cauſaꝫ deſidie tempeſtatē. Iſtis:his ſuſpitionibus. Pugnat hyems: obſtat tempeſtas. Me me miſeram: per conqueſtionem firmat propoſitum. Planguntur: feriuntur apud Sappha Mea pectora planti. Latet dies:obſcurus ē ſolꝫ: qui diei eſt cauſa. Pater pia: nephelen intelligit. Helles matrem:que maris eſt nympha. Nata merſa:ſubmerſa helle. Fleatur:nec deerunt philoſophi qui dicūt pluuias eſſe deorꝫ lachrymas. Uerſa nouerca:ino Athamantis vxor Helles nouerca cuꝫ ſe in mare precipitaſſet in maris numina tranſit:a grecis leucothea nuncupata:latini matutam appellant:quoniam matutino tempore preſit. Priuigne: Nephale Ino

Ocia neſcio qua pellice captus agas.
In tua ſi veniant alieni colla lacerti:
Sitꝗ nouus noſtri finis amoris amor.
Ah potius peream ꝙ crimine vulnerer iſto:
Fataꝗ ſint culpa noſtra priora tua.
Nec quia venturi dederis mihi ſigna doloris.
Hec loquor:aut fama ſollicitata noua.
Omnia ſed vereor:quis eñ ſecurus amauit
Cogit ⁊ abſentes multa timere locus.
Felices illas:ſua quas preſentia noſſe
Crimina vera iuuat:falſa timere vetat.
Nos tam vane mouet:ꝙ facta iniuria fallit:

Helles: quam odit dicitur priuignus ⁊ priuigna. Non fauet:ſed aduerſus ē:hec ego ledar. Preſagio vtitur:nam cum cadauer Leādri ad littus ſextium deiectum cōſpiceretur:ſeipſaꝫ in mari precipitauit. Flammarum memor Neptune tuarum:apoſtrophe ad neptunum qua inculat quid amantes fauore non proſequantur cum ipſe amauerint. Tauruꝫ:ſubeant tui amores. Nullus erat ventis: ſi memoria colligeres amantes nō impedires.

UBER.

¶ Quam ſi alieni lacerti: id eſt alius mulieris. Ueniant in tua colla: te amplectentur. Nouus amor:aliꝰ puelle. Sint finis noſtri: id eſt expellat noſtrum.i. ne incipiēs aliaꝫ amare me omittas. Uulnere:ledar ⁊ accipiā dolorē.

Incitat et morſus error vterq; pares.
O vtinam venias:aut hic ventus ve pater ve:
Cauſaq; ſit certe femina nulla more.
Quod ſi ꝙ ſciero:moriar mihi crede dolendo
Jam dudum peccas ſi mea fata petis.
Sed neq; peccabis:fruſtraq; terreor iſtis:
Quod minus venias.inuida pugnat hyems.
Me miſeram:quāto planguntur littora fluctu:
Et latet obſcura condita nube dies.
Forſitan ad portum mater pia venerit helles.
Merſaq; turbatis nata fleatur aquis
Aut mare ab inuiſo priuigne nomine dictum
Vexa in equoream verſa nouerca deam.
Non fauet vt nunc eſt:teneris locus iſte puellis
Hoc helle perit:hac ego ledar aqua:
At tibi flammarum memori neptune tuarum:
Nullus erat ventis impediendus amor.

tranſlatio eſt. nam vulnus pro dolore ponitur. Virgilius. ſeruans ſub pectore vulnus. Iſto crimine: iſta tua culpa. Fatano: id eſt noſtra mors. Sint priora tua culpa:id eſt antecedat culpam tuam: id eſt vtinam moriar prius ꝙ hoc facias. Nec quia dicit ſe non hec dicere:ideo quia aliquid de eo intellexerit: ſed propter amorem.
Aut ſollicitata:id eſt incitata. Noua fama:nouo nuncio:ꝙ ames aliam. Securus: ſine cura et timore. nam Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Locus:remotus.
Felices:dicit felices illas eſſe q̄ ſunt in eodem loco: vbi ſunt amatores ſui. Sua preſentia iuuat: adiuuat. Noſce vera crimina: id eſt cognoſcere veram culpam ſuorum amatorum. et vetat: ſcilꝫ ſua preſentia. Timere falſa: quia que ſunt preſentes nō timent falſa crimina ſuorum amatorum. vident enim quotidie quod agāt. Nos: dicit ſe ita timere qđ fortaſſe non facit Leander: ꝙ non intelligere quod facit. Iniuria falſa:non vera. Tam.m. tam ſollicitat me: et turbat. Quam fa. fal. ꝙ feciſti ignoratur a nobis. Vterq; error:ignorantie aut falſe aut vere iniurie. Pares mores:pares curas ⁊ cruciatus animo meo. Hic ventus qui nō mouet mare.
Aut pater tuus ſit cauſa quare non venias. Quod:quā rem:ſcilicꝫ aliquā mulierem eſſe cauſam tue more. Moriar dolendo:moriar dolore. Jam dudum:valde. Terent. Jamdudum ille te amat. vel iamdudum:iamdiu:ex quo deſinit ad me natare. Petis:queris. Mea fata:meā mortem. Sed neq; peccabis: dicit ſperare eum permanſurum in amore. Tardareq; propter tempeſtatem maris. Me miſeram:narrat ꝙ turbida ſit tempeſtas. Planguntur: percutiuntur. Dies:lux. Latet condita nube. Virgilius. Eripiunt ſubito nubes celumq; diemq; Teucrorum et oculis. Forſitan. dicit hanc tempeſtatē forſitan motam eſſe a Nephale matre Hellis que venerit ad mare: ⁊ fleat filiam ſuam. Mater helles: Nephale vt dictum eſt in epiſtola Hypſiphyles ad iaſona. Nata helle. Fleatur:pro fletur. Aquis turbatis: id eſt effuſis. alluſit autem ad fabulam quia Nephele dicitur eſſe mutata in nubē que effundit pluuias. Aut alia cauſa:quod ino conuerſa in deam maris nomine leuchothoē: vt ſupra dictuꝫ eſſe:fortaſſe turbauit mare. Quod odit:quia nominatur a nomine priuigne helles. Priuigne:filie mariti ſui:ex priori vxore. Nouerca:ino. Iſte locus:hic helleſpont⁹. Vt nunc eſt:id eſt ita tumidus:vt nūc eſt. Non fauet puellis:non eſt puellis nouus. Hac helle:nunc autem nocet ſibi. At tibi:Cōuertit ſermonem ad neptunum:dicens ꝙ ipſe memor amorum ſuoruꝫ non deberet nunc aduerſari amantibus ⁊ ventis impedire iter Leandro. Flammarum:amorum.

ASLEN.

¶ Fataq;:id eſt et fata noſtra:id eſt dies mortis mee ſint priora tua culpa:id eſt precedāt culpam tuam quod optando dicit. Nec quia venturi. Amanter:purgat que obiecerat: ne malam opinionem de Leandro ſuo concepiſſe credatur. Quis enim ſecurus amauit: quaſi diceret nemo:quia Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quoq; minus: et quo minus. hoc eſt. Et vt nō venias hyems:id eſt tempeſtas inuida:ſcilicet amantibus:pugnat:id eſt contendit. Planguntur:id eſt feruntur ſeu percutiuntur. Forſitan ad pontum. Sciſcitatur cauſas turbationuꝫ que

flebant in helleſponto: quas duplices innuit: aut quia mater Helles ſcilicet Nephele concubina Athamantis ⁊ nympha filiam plorans lachrymas ſuas in pluuiam conuertit: aut quia nouerca: ſcilicet hellas: hoc eſt Ino coniunx Athamantis: verſa in deam equoream ſcilicet matutã aut leuothеam: vexat mare dictum a nomine priuigne: ⁊ ita inuiſo id eſt heleſpontum dictum ab Helle in eo ſubmerſa. At tibi flammarum: pulchre incuſat neptunum ꝙ qui tot amoribus olim arſerit in amantes modo ſeuiat. Amice autem neptuni ſatis explicantur ſuperiori commentario.

Si neqꝫ amymone: nec laudatiſſima forma
Criminis eſt tyro fabula vana tui.
Lucidaqꝫ alcyone: cyceqꝫ: ⁊ alimone nata.
Et nondum nexis angue meduſa comis.
Flauaqꝫ laodice: celoqꝫ recepta celeno
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certe pluresqꝫ canunt neptune poete
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur totiens vires expertus amoris
Aſſuetum nobis turbide claudis iter?
Parce ferox: lataqꝫ mari tua prelia miſce.
Seducit terras hec breuis vnda duas.
Te decet: aut magnas magnum iactare carina.
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem
Turpe dea pelagi iuuenem terrere natantem
Gloria que eſt ſtagno quelibet iſta minor
Nobilis ille quidem eſt: ⁊ clarus origine: ſed nõ

ANTO.

Amymone

¶Amymone: hec filia fuit Danai: quam geſtantem vrnam: vt ſcribit Strabo. ad fontem Amymonem: qui eſt iuxta paludem lernam compreſſit: et ex ea Nauplum genuit. Laudatiſſima forma tyro. Tyro vt Homerus ſcribit Salmone filia fuit Enypeum fluuium amauit in ripis. Neptunus in Enypeum verſus compreſſit. Neleumqꝫ et Pellam ex illa filios vno partu ſuſcepit. Lucidaqꝫ alcyone: Alcione vna eſt ex pleiadibus ex Athlante nata que ex neptuno ireum peperit: vt ſcribit Hygi. Ciceqꝫ ⁊ Alimone nata: Iphimediam ſignificat: ⁊ Cices ⁊ alimonis filiam: que Aloeo nupſit: vt in odiſſea ſcri. Homerus. Iactauitqꝫ ſecem neptuno miſcuiſſe: ⁊ ex eo prolem inclitam ortuꝫ ⁊ ephialtẽ ſuſcepiſſe. Meduſa: meduſam phorci filiam Neptunus in templo Minerue ſtuprauit: indignata dea crines in ſerpentes mutauit. Flauaqꝫ laodices: duas Laodices fuiſſe comperio Agamẽnonis filiam alteraꝫ: altera Priami quã neptunus amauit Cyenũqꝫ filiuꝫ ſuſtulit poſtea lycaoni thracie regi nupſit. Celeno. hẽ athlãtis filia alcyones ſoror: vna ex peliadibus: ex qua neptunũ genuiſſe Hygi. ſcribit Licum ⁊ nictea: Recepta celo: quoniaꝫ in celo ob ſtupri mercedẽ relata ẽ. Plures: vt Helopũ: cerere. Thoſan amphitrien. Melantho. Lybiam. Perybeam. Turbide nõ turbine legas: tu inquit turbatus amantes vexare non deberes. Lato mari: vbi mare eſt ſpacioſum non in anguſtijs helleſponciacis. Miſce: confunde inter turba. Terras duas: Aſiam ⁊ Europam. Totis de claſſibus: nauigeorum multitudini. Eſſe trucem: ſeuire iram exercere. Deo pelagi: neptuno qui imperiũ habet maris. Terrere: mergere.

Alcione

Cice

Iphimedia

Meduſa

Laodice

Celeno

VBER.

¶Sineqꝫ: cõmemorat multas puellas amatas a Neptuno. Si: pro ſiquidẽ. Neqꝫ amymone eſt vana fabula: id eſt falſa fama. Tui criminis: tui amoris ⁊ concubitus. Amymone vna fuit ex filiabus Danai fratris egypti quã cum pater ſuus aquatum miſiſſet: ⁊ ſatyrus viſam inſequeretur: Illa auxilium Neptuni implorauit: qui fugato Satyro eã compreſſit: ex qua genuit Naupulium patrem Palamedis. Nec tyro: famoſiſſimũ fuit puella filia Salmonei: quã in Elide imparuit: ⁊ quem Virgilius in ſexto Eneidos: a Ioue fulminatum dicit: que Enipeum fluuium qui Alpheum ingredit vehementer amauit: vt Poeta ait. Illa nimis flagrans dilexit. Enipea diuum. hec poſtea a Neptuno mutato in formam ipſius Enipei compreſſa eſt

et qua genuit Neleum patrem neſtoris: ⁊ Peliam: qui regnauit in theſſalia. vnde propertius Non ſic hemonio Salmonida mixtus Enipeo Tenarius facili preſſit amore deus. hec poſtea nupſit Ericteo filio Eoli ex quo filios ꝓcreauit. Alcyone hec non fuit filia eoli ꝺ qua in precedenti epiſtola dictũ eſt: ſed vt alibi diximꝰ vna ex pleiadibus filia Atlantis ex qua Neptunus genuit Lycaona ⁊ Hyricum patrem Orionis: licet de procreatiõe Orionis Seruius alter dicat. Lucida: quia in ſtellam conuerſa eſt. Leineqꝫ ⁊ Euemone nata: ꝗ puelle he fuerint fateor me nondum potuiſſe percipere: nam textus apud alios habet Leine: apud alios Leyce: et Auemone apud alios: auenone apud alios Euemone ita vt difficile ſit indicare verũ. Euemonem ꝗdem ſcribit Strabo filium fuiſſe Ormeni fratrem Amyntoris: ⁊ ex Euemone natũ Eurypilum: ſed eius filiam viciatam a Neptuno nõ memini legere. neqꝫ Ouidius mentionem facit libro ſexto meta. vbi multas amicas neptuni cõmemorat. videt tamen fuiſſe eius filiã quã nunc a neptuno amatam dicit. Leine vero non viri ſed puelle nomen eſt. Et nondum nexis: et Meduſa comis nondum nexis id eſt nondum implicitis. Angue pro anguibꝰ: ⁊ Meduſa nõ fuit vana fabula tui criminis: cum nondum haberet comas ſerpẽtinas. hec aũt filia fuit Phorci ex Letho nympha: que cũ Euryalen: ⁊ Stẽnio ſorores pulchritudine ſuperaret neptuno et forme ⁊ precipue capillorum ſpecie placuit. dum ſola in littore ſpatiaretur: quam fugientem inſecutus. tandẽ in templo Palladis deprehẽdit ⁊ compreſſit. Pallas indignata capillos eiꝰ quorum pulchritudine Neptuno placuerat in ſerpentes cõuertit. reliqua que de Meduſa dicuntur: vide apud Ouidium libro ſexto meta. Laodice due fuerũt hoc nomine dicte: vna filia Agamẽnonis ⁊ Clytemneſtre. Altera filia Priami de qua nunc puto poetam intelligere: qꝺ a neptuno amata ſit. Celo recepta Celeno. Celeno hoc nomine appellata ẽ vna ex arpijs: ſed hec de qua nunc poeta loquitur. vna etiam fuit ex pleiadibus: ex qua neptunus vt in precedentibꝰ epiſtolis diximus genuit Nycteum patrẽ Nictymenes: que cũ patre cõmixta eſt recepta celo quia diximus has ſorores in celum tranſlatas ſydus effeciſſe quod nauigationis initium ortu ſuo oſtendere ſoleat: has latini appellant Virgilias. Et quarũ: ſubaudi ⁊ alie quarũ nomina memini eſſe lecta mihi: nam alias amauit neptunus: ⁊ compreſſit: vt Lybiam filiam Epaphi ex qua genuit Buſyrin ⁊ Peribeam nymphã Eurymedontis filiam: ex qua genuit Nauſitheum patrem Alcinoi regis. Pheacum amauit etiã Thooſam Phorci filiam: ex qua Polyphemum genuiſſe dicitur: ⁊ alias plurimas: ⁊ ideo dicit. Poete canunt: memorant. Has: ſupra nominatas ⁊ plures alias. Conſeruiſſe latus lateri tuo: id eſt tecum cõmixtas eſſe ⁊ concubuiſſe. Turbine: impetu ventorum. Virgilius. Turbine corripuit ſcopuloqꝫ infixit acuto. Miſce: tua prelia mari lato id eſt oſtende vires tuas in mari lato ⁊ amplo ⁊ non hoc in anguſto ⁊ ſtricto mari. Seducit: ſeparat. Duas terras: Aſiam Europã: vt diximus in argumento epiſtole. Totis claſſibus: multis nauibus cõgregatis. Deo pelagi: tibi magno ⁊ potenti. Iuuenem natantem. Leandrum non naui: ſed brachijs per mare euntem. Iſta gloria: quam queris in hoc breui mari turbando. Eſt minor quolibet ſtagno: id eſt eſt minor ꝙ̃ gloria: quã in quolibet ſtagno ⁊ parua aqua poſſes habere. Ille: Leander. Nobilis ⁊ clarus origine: id eſt nobili genere ortus.

ASCEN.

¶ Aſſuetum nobis turbide: id eſt o tu turbide: ſed plures codices habent turbine. i. perturbatione claudis iter.

ANTO.

Vlyſſe ſuſcepto: inuiſus Neptuno Vlyſſes fuit: vt apud Homerum in primo odyſſee libro Minerue Iuppiter exponit ꝙ Poliphemi oculum tenebrari neptuni ex Thoſa forcinis filij. non eſt inquit neptunus ex Vlyſſis genere vt tibi ſit Leander inuiſus. Interea: ex querimonia ad demonſtrationem redit. Dum inquit: hec querimur. Perſtrepit: crepitat: qꝺ futuri ſucceſſus dat preſagia: ⁊ magicorũ obſeruatione aduentũ portẽdit: proſpera ſigna: qm̃ tui aduentus protendi iudicabimus. In fauſtos ignes: boni ominis gratia ĩ ignẽ vitia effundere conſueuerunt. Erimus plures: numerorũ augebit Leander in tua caſtra: tranſlatio a militibus: qui ordinẽ deſeruerũt. redi inqͣt ad ꝯſuetũ amo

A tibi ſuſpecto ducit vlyſſe genus.
Da veniam: ſeruaqꝫ duos natat ille: ſed iſdem
Corpus leandri ⁊ ſpes mea pendet aquis
Interea lumen poſito nam ſcribimus illo.
Preſtrepit: ⁊ nobis proſpera ſigna dedit.

Ecce merum nutrix fauſtos deſtillat in ignes
Cras erimus plures inquit: ⁊ ipſa bibit.
Effice nos plures euicta per equora vectus.
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua caſtre redi ſocij deſertor amoris.
Ponuntur medio cur mea membra toro
Quod timeas non eſt: auſo venus ipſa fauebit
Sternet ⁊ equoreas equore nata vias.
Ire libet medias ipſi mihi ſepe per vndas.
Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum
Nam cur hoc nectis Phryxo phrixiqꝫ ſorore
Sola dedit vaſtis femina nomen aquis?
Forſitan ad reditum metuis ne robora deſint
Aut nequeas gemini ferre laboris onus
At nos diuerſi medium coeamus in equor
Obuiaqꝫ in ſummis oſcula demus aquis.
Atqꝫ ita quiſqꝫ ſuas iterum redeamus in vrbes
Exiguum: ſed pluſꝙ nihil illud erit.
Vel pudor hic vtinam: qui nos tam cogit amare
Vel timidus fame cedere vellet amor.
Nū male res iuncte calor ⁊ reuerētia pugnant
Quid ſequar in dubio eſt hec decet: ille iuuat
Vt ſemel intrauit colchos pagaſeus iaſon
Impoſitam celeri phaſida puppe tulit.

rem. Soch: paris. Medio toro. ſ. accidit ſi ſoli dormiamus. Auſo: tue audacie. Tibullus dicit. Audendum eſt. fortes adiuuat ipſa venus. Sternet: leues faciet. Tutius: quoniam puellis inſenſuꝫ ē. Victis phrixo: exemplo monſtrat ſeuire ī puellas helleſpontum cōſueuiſſe. Femina: helle. Forſitan ad reditum: ſoluit ꝙ leander faciliorem ſibi fore acceſſum ꝙ̄ reditum dixit. Robora: natandi vires Gemini laboris: acceſſus ⁊ redit⁹ Diuerſi: e diuerſa patria. Illud: tuliſſe oſcula. Cogit amare: amoris modeſtias ſentire: quoniam ſeparat ne qui iuuat vtrunqꝫ detegat. Timidus: honoris obſeruator. Credere fame: honorem contēnere. Res: pudor ⁊ amor non veniūt in idem vt eſt apud Sapho: ⁊ ī meta. Non bene iunguntur: nec ī vna ſede morantur. Maieſtas ⁊ amor. Quod ſequitur: quod eſt futurum an cadat pudor vel amor. Hic: pudor ⁊ reuerentia eſt intra decorum. Ille iuuat: amor in delectatione eſt. Vt ſemel intrauit: vt malit reuerentiam deponere exēplo inuitat. Tuli phaſide celeri puppe: argo intelligit quā a celeritate nuncupatam ſcribit Higi. medeā rapuit: vt diximus.

An

Argo

¶ Sed non traxit gen⁹ ab Vliſſe ſuſpecto tibi: id eſt inimico: propterea ꝙ ſcelere vliſſis perijt palamedes nepos neptuni: aut vt alij volunt propter pergama neptunia arte et dolis Vliſſis euerſa. Duos: Leandrū ⁊ me. Natat: mariſſe credit. Sed corpus Leādri ⁊ ſpes mea pendet ex ijſdem aquis: id eſt ſunt in eodem periculo. Legendum autem eſt corpus leandri et ſpes mea: vt illa copula addatur. Perſtrepit ⁊ lumen: id eſt lucerna fecit crepitū ⁊ ſtridorem Poſito: nam ſcribimus illo parentheſis: id eſt ſcribimus ad lumen lucerne. Ecce: dicit nutricē quaſi libaminis et auſpicij cauſa inijcere vinum in ignem. Fauſtos: bene auſpicatos felices: a fauendo dicitur fauſtus. Inſtillat: infundit. Plures: quia accedet leāder. Lapſus: tu celeriter ꝓgreſſus. Per equora euicta: tuis lacertis ſuperata. Effice nos plu. fac vt tu accedas nūerū noſtrū. Recepte meo cordi. i. valde infixe aīo meo. Deſertor: derelictor: defector. trāſlatio a militibus: q̄ a ducibus ſuis ⁊ ſocijs deficiūt: qui deſertores dicunt. Medio toro: qđ ſolet facere aliquis cū eſt ſolus: nā qui cum alio dormit non in medio: ſed ī parte lecti iacere ſolet. Non ē qđ timeas. i. nō eſt timēdū. Venus ipſa dea: dea amoris: auſo vel tibi auſo natare vel auſo. i. audacie tue: vt Tibullus. audaces adiuuat ipſa Venus. Nata equore: ſcilicet venus. Sternet: com

VIBER.

ponet placabit. Virg. ⁊ nunc omne tibi ſtratū ſilet equoꝛ. Ire liber dicit ꝙ ſepe habet voluntatem ⁊ appetitum natandi ad leandrum: niſi ſciret hoc mare periculoſum puellis: qđ patuit ex helle ſubmerſa. Maribus: maſculis. Nam cur ꝓbat exemplo ꝙ ſit tutius maſculis ꝙ feminis. Cur enim inquit cū phꝛyxus ⁊ helle per hoc mare veherentur ſola helle cecidit: ⁊ phꝛyxus euaſit incolumis. Oꝛdo. ſola fe. cur dedit nomen vaſtis aquis: id eſt mari phꝛyxo ⁊ helle vectis hoc. i. cum veherentur: vt ⁊ qua vectus abas: id eſt vehebatur. Nā latini participium pꝛeteriti imperfecti tempoꝛis a paſſiuo nō habēt: ſed vtuntur participio pꝛeteriti perfecti. Foꝛſitā: obiectionem facit ꝓ leandro. Roboꝛa: vires. Ad reditum: ad reuertendū in abydon. Gemini laboꝛis: eundi ⁊ redeundi. At nos: reſponſio quaſi dicat ſi hoc times. Natemus ambo: ⁊ ī medio mari coeamus: conueniamus. In ſummis aquis: in ſummitate aquarum. Ita poſtꝙ coierimus: ⁊ oſculati erimus. Quiſqꝫ ad ſu. vr. tu. Abydon: et ego Seſton. illud oſculari tm̄ in mediis aquis. Eſt exiguum: eſt paruum. Sed erit pluſꝙ nihil. i. erit aliquid. Vel. pu. hic vtinam ſenſus eſt: vtinam vel pudoꝛ qui cogit nos amare ſit ita vehementer: ⁊ occulte vellet cedere amoꝛi: vel amoꝛ timidus vellet cedere fame: id eſt nō timere famā: neqꝫ qđ dicetur de nobis. Caloꝛ: amoꝛ. Et reuerentia. i. verecundia. Res male iuncte: quia ſunt contrarie. Pugnant: ſūt inter ſe aduerſe. in dubio eſt qđ ſequar. dubito quid agā: an conſequar pudoꝛi: an moꝛi. Dec: reuerentia. Decet: honeſta eſt affert laudē. Ille. ſ. caloꝛ ⁊ amoꝛ. Iuuat: delectat. Vt ſemel: dicit ꝙ opoꝛteret fieri de ſe a leandro: qđ factum eſt a iaſone de Medea: qui vt in colchos delatus eſt: eam abduxit. Pagaſeus: a pagaſa oppido Theſſalie. inde ſinus pagaſeus: vnde iaſon in Colchos nauigaturus nauē ſoluiſſe dicitur. Phaſida. Medeā a phaſide colchoꝝ fluuio. Tulit: abſtulit.

ASCEN.

¶ Interea lumen ⁊c. Perſtrepit ⁊ nobis. alii Stertuit ⁊ nobis legunt: depēdet autē ex piro manchia. ſed ſolet hoc maribus. Ingenioſa ⁊ apta inuentio exēplis coꝛroboꝛata. Gemini laboris. ſ. eundi ⁊ redeundi. Lacedemon ciuitas eſt ſpartana: cuius actūs eſt lacedemona. Lacedemonii autem ſunt incole illius ciuitatis.

ANTO.

¶ Graue ſit puppibus: vitant nauigare ob tempeſtatem. Sic ſic: repetitione: pathos mouet ea inquit moderatione: ne nō minus timeas vndas ꝙ contēnas. Merguntur naues: timoꝛem exemplo auget. Metuunt: naufragium paſſi natant. Exitus hic: vt natent naufragia.

Quod hoꝛtoꝛ. i. vt nō niſi tranquillo freto ſe cōmittat leander. Quid pauidū: id erat ſubmerſi leandri pꝛeſagium. Imagine externe noctis. deterret a ſomniis leandrū vt nataret. Placata: piata. Meis ſacris: mactatis nigris hoſtiis: que in honoꝛem pꝛoſerpine ⁊ oꝛci mactabantur ad expianda ſomnia. D[illegible]ante: extincta. Vera ſomnia: lucretius ex curis quib⁹ fuimus intenti fieri ſomnia eſt [illegible] hippocrates que extrema nocte contingunt aliquid habere pꝛeſagii videt aſſerere: quod in bꝛuto notauit actius apud quem tarquinius ſuperbus ſe regnum pelli ſomniat. Remiſſis: laſſatis ſopoꝛe. Puluino: dicimus etiam puluinar. Eſt enim ſtratulū qđ capiti ſubiicimus. Nā tem delphina: a delphino recte ſūpſit aſpicium: quoniam homini amicus eſt. Pli. quoqꝫ tempeſtates pꝛeſagire ſcribit: ſi tranquillo mari laſciuiant: ſi aquam ſpargunt: aut conturbant tranquillitatem.

Somnia

Puluinus
Puluinar
Delphinus

Illiſit: cum offenſa in littus detulit. Id: qđ ſomnia pꝛotendūt Si tibi non parcis: ſi tuū contemnis periculum. Nunꝙ erit ſoſpes nō viuet niſi te viuo. Vicie pacis pꝛime trāquillitatis. In vndis fractis vētis agitatis. Vias placidas: nata cū trāquillitas viā facilē tibi pbuerit. Nō ſūt nāti puia natare ob tēpeſtatē nō ſuadēt. Leniat: leuet. Moꝛas: inuiſas tpis diſpendium: quod odiſti.

Vt ſemel ideus lacedemona venit adulter:
Cum pꝛeda rediit pꝛotinus ille ſua.
Tu ꝙ ſepe petis quod amas: tā ſepe relinquis
Et quotiens graue ſit puppibus ire natas.
Sic tamen o iuuenis tumidarum victoꝛ aquarū
Sic facio ſpernas vt vereare fretum.
Arte laboꝛate merguntur in equoꝛe puppes:
Tu tua plus remis bꝛachia poſſe putes?
Quod cupis hoc naute metuūt leandre natare
Exitus hic factis puppibus eſſe ſolet:

Me miſeram cupio non ꝑſuadere: quod hortor
Siſq; precor monitus fortior ipſe meis
Dūmodo peruenias: excuſſaq; ſepe per vndas
Injicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi ceruleas quotiēs obuerſor ad vndas
Neſcio quid pauidum frigore pectus habet
Nec minus heſterne cōfundor imagine noctis,
Quāuis eſt ſacris illa piata meis.
Namq; ſub aurora iam dormitante lucerna
Somnia quo cerni tempore vera ſolent.
Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis
Collaq; puluino noſtra ferenda dedi.
Hac ego ventoſas nantē delphina per vndas
Cernere non dubia ſum mihi viſa fide.
Quem poſtq̄ bibulis iniecit fluctus arenis
Unda ſimul miſerum: vitaq; deſeruit
Quicquid id eſt timeo: nec tu mea ſomnia ride
Nec niſi tranquillo brachia crede mari
Si tibi non parcis: dilecte parce puelle,
Que nunq̄ niſi te ſoſpite ſoſpes erit
Spes tamen eſt fractis vicine pacis in vndis
Tu placidas toto pectore ſcinde vias;
Interea quoniam nanti freta peruia non ſunt,
Leniat inuiſas littera noſtra moras.

Adulter ideus: ponit aliud exemplum. Paris Troianus ab Ida monte frigie. Cum ſua preda: cum Helena. dictum eſt p̄ma epiſtola. Quam petis: id eſt me ad quam ſepe venis. Quod amas: id eſt quam amas. Quotiens ſit graue puppibus: quotiens eſt periculum nauibus. Ire: per mare. Sic tamen: licet cōqueſtat ſit: quod eam non abducat: hortatur tamen eum: vt ita ingrediatur mare: vt illud timeat: ideſt vt caute natet. Victor: ſuperator natando. Sic ſic: conduplicatio Ut vereare: vt timeas. Arte laborate: arguit a maioriꝰ. Dicit enim ꝙ naues validiſſime et artificio facte mergūtur ab equore ita turbato: quanto ergo magis homines. Poſſe plus remis: id eſt habere maiorem vim ſuperandi aquas q̄ habent remi. Quod cupis: ideſt natare. Hic exitus: ſcilicet natandi per mare turbatum. Solet eſſe puppibus fractis: id eſt ſolet eſſe quando neceſſitas cogit nauibus fractis. Me miſeram: oſtenditur inconſtantia amantis. iam enim incipit hortari: vt veniat. non perſuadere tibi hortor: ne tali mari nares. Fortior: id eſt animoſior Meis monitis: que diſſuadēt tibi natationem. Excuſſa: commota. Sed mihi: dicit ſe terreri quotiens aſpicit mare ita turbatum. Obſeruor: permaneo conuerſor: ſed conuerſor apud idoneos in viſu, nō repperi. Neſcio q̄d pauidum. ordo eſt. pectus pauidum frigore habꝫ neſcio quid id eſt timet. legitur etiam. Neſcio quod pauidum pectora frigus habent: ⁊ idem eſt ſenſus. nā ex timore ſequitur frigus. Virgilius. Extemplo Enee ſoluuntur frigore membra. Nec minus: dicit ſe etiam terreri ſomnio: quod heſterna nocte ſomniauit. Imagine: ſpecie: apparentia. nam ſomnia inania ſunt: ſed habent imaginem reruꝫ. Illa: nos. Piata: expiata: purgata. ſolebant eniꝫ ſomniantes aliqua triſtia dijs ſacrificare vt amouerent illa triſtia. Namq; ſub: dicit, nunc Hero fuerit ſomnium ſuū. Exiſtimauit enim in ſomnis circa auroram ſe videre Delphina nantem per mare ab vndis ad littus expulſum ⁊ iliſum ⁊ ſtatim mortuum. veretur igitur ne Leander ſit ille Delphin. Sub aurora: id eſt circa auroram. Iam dormitante: iam deficiente luīe: nā lucerna que tota nocte fuit accenſa adueniēte aurora ſolet paulati diminui ⁊ deficere lumine. Somnia quo cerni: eo eñ tp̄e ſomnia ſolere cerni vera exiſtimāt: quia videlicet ſtomachus non ſit vino ciboq; diſtentus: ſed purgatus. tunc enim vera ſomniari putant.

vnde Perſius. ſomnia pituita qui purgatiſſima mittunt. ⁊ Dantes poeta. Ma ſe preſſalmatin el ver ſe ſogna. Stamina: fila. Remiſſis: reſolutis. Sopore ſomno ferenda: ſuſtinenda. Puluino: ceruicali. Hic tunc ventoſas: vento turbidas. Non dubia fide: id eſt maniſeſte. Illiſit: violenter immiſit: ⁊ infixit. Bibulis harenis: id eſt littori. Unda ſimul miſerū vitaq3 deſeruit: remanſit in ſicco: ⁊ mortuus eſt. Quicquid id eſt. i. quid hoc ſignificat.

Nec ride: nec contemne. Crede: Cōmitte. Si non parcis tibi: id eſt ſi non habes reſpectum tui. Dilecte parce puelle: id eſt habe reſpectum mei. Soſpes: incolumis ⁊ ſana. Niſi te ſopite: niſi te viuo. Spes tamē: dicit ſperare cito fore tranquillitatē in mari: nunc hortatur: vt natet. Spes pacis vicine: id eſt tranquillitatis propinque: ⁊ cito future. Eſt: ſcilicet mihi tunc cum erit pax in mari. Scinde vias: id eſt nata: nam natando ſcinduntur aque corpore.

Non ſunt peruia nanti: id eſt non poſſunt natari. Peruium: dicitur per quod iri poteſt. melius enim legitur nanti ꝙ nandi: nam non diceremus freta non ſunt peruia nandi: ſed potius nādo vt diti legendū eſt nanti: ⁊ intelligitur vel tibi: vel cuilibet alij. Leander cum impatientia amoris non potuiſſet expectare maris trāquillitatē conatus: vt ſolebat natare ſubmerſus eſt: cumq3 eius cadauer ad littus amice fluctibus delatum eſſet: illa ſe precipitauit e turri: ex qua natantem Leandrum ſpectare ſolita erat: et ſic ambos amoris vehementia ⁊ impatientia perdidit.

ASCEN. ¶ Puppibus ire: id eſt abire: quo verbo arguit eum in abeundo quoq3 facilem. Sic tamen o iuuenis tumidarum: id eſt inflatarum aquarum victor: quia voti compos ſepe pernatauit. Quāuis eſt ſacris illa piata: id eſt placata. Male autem legeretur placata: quia tam placo ꝙ paco primā producunt. Somnia quo cerni: horatianum quoq3 eſt. Putant enim euaporato iam cerebro viſa non ex noxio humore ſed deorum dari dono. Cetera manifeſtaria ſunt.

¶ In. xviij. Epiſtolarum argumentum.

ANTO. Lea

Artemidorus ſcribit Ceam inſulam vnam ex Cycladibus in egeo eſſe: quā latini Ceam: greci Idruſam nūcuparunt: vt auctor eſt Plinius. Acontius Hic profectus Acontius ad Diane ſacra que deli ex virginum cōuentu celebrantur in amorem viſe Cydippe Cydippes excaluit: nouā3 commentus fraudem in pomo hec verbis ſimilia ſcripſit carmina. Me tibi nupturam felix eat omen acōti. Teſteor: ꝙ colimus nomina magna dee. Id cum ſacra miniſtraret ante dee ſimulachrum: in ſinum puelle proiecit: que fraudis inſcia cum imprudēs litteras perlegeret: viſa eſt ſe vxorem Acontio paciſci. Namq3 ante deos dicerentur in templo Delie Diane rata eſſe debere lex erat. Poſt paulo cum pater: vt pactus erat alij deſponderet: in febrē ardentiſſimam incidit: ad eam ſcribit A

## Acontius Cydippe. Epiſtola. xix.

Pone metum: nihil hic iterum iurabis amanti:
Promiſſā ſatis eſt te ſemel eſſe mihi.
Perlege: diſcedat ſic corpore languor: ab iſto
Qui meus eſt vlla parte dolente dolor.
Quid pudor ante ſubit? namq3 ſicut in ede diane
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.
Coniugium pactāq3 fidem: nō crimina poſco
Debitus vt cōiunx: non vt adulter amo.
Verba licz repetas: ꝙ demptus ab arbore fetus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus.
Inuenies illic id te iuraſſe quod opto.
Nil tibi cum verbis excidit illa fides
Id metui vt diue diffuſa eſt ira decebat
Te potius virgo ꝙ meminiſſe deam.

y el tea la caja deste priuilegio y porq my [illegible] se prometia en el templo auia de [illegible] que en los de mas [illegible] de mas [illegible] del mesmo Ovidio

contius id peieratione ipſi accidere: quoniam non impleſſe que diana preſente ꝓmiſerat cum illa pactum coniugium viſa ſit concuſſa coma ꝓbare: perſidiã[que] deam vlciſci velle. Suadet: demũ priſtinas vires reſumere non poſſe; niſi vt ex pomo eſt ſollicita nuptie celebrarent. Pone metum: nihil hic iteruz amanti: vt incipiẽtes decet ab ea ordit parte: qua maxime Lydippe heſitare poterat: nam ⁊ alias capta fuerat. ſic Virgiliana Dido: cum vidiſſet troianos maxime vereri incipit. Soluite corde metum teucri: ſecludite curas. Dic: in epiſtola nõ vere arra de cõiugio: vt in pomo iurare. Promiſſam te: tuum coniugium in diane ede ꝓmiſiſſe. Languor: febris egritudo. Vlla parte dolẽte: ſi qua pars doleat tui ego doleo. Quid pudor ante ſubit: cur te pudet. Ante: ꝙ legas epiſtolam. Erubuiſſe: id ſignũ eſt pudoris. Coniugium pactã[que] fidem: ſuadet epiſtolam legi a pacto. Crimina: ſtupra: aut adulteria: ⁊ furtiuos concubitus. Debitus: ex pacto legitimus. Demptus fetus: pomi: periphraſis. Illic: his nec iniuria. Nam mirandum eſt quo pacto interpretari potuerunt: ſi ambigere interpretari eſt. in vetuſto eniz ⁊ carie conſumpto codice que in omnibus exemplaribus deerant duo carmina hec ſunt. Nil tibi cũ verbis excidit illa fides. Id metui: vt diue diffuſa eſt ira. decebat illa fides: quã de coniugio pſente Diana dare viſa es. Excidit: obliuioni mandata eſt. Id metui: ne ⁊ fidem datam: ⁊ verba obliuiſceris: diffuſa eſt ira: diana indignata eſt. quoniam et lege pacta ſeruare contẽpſiſti: inciderat enim in febrem cydippe. Decebat te potius meminiſſe: que memor pacti cuius oblita es te febre veluti periuram vexat.

P One metum. Ceos: vt Stra. ſcribit inſula fuit in mari egeo quaternas continens vrbes. inde Terra pholis vocata eſt. ex inſula fuit Acontius iuuenis amore Lydippes puelle vehementer accenſus: quã cum ob generis imparitatem non auderet: a patre vxorẽ petere: inuenit viam qua illam ſibi coniugio obligaret. Nam in pulcherrimo pomo ſcripſit hos verſus. Iuro tibi ſane per miſtica ſacra diane. Me tibi venturam comitem: ſponſam[que] futuram. ⁊ hoc pomum in templo diane ad pedes Lydippes proiecit: quo accepto illa legit verſus: ⁊ inſcia iurauit: cum tamen ꝓpoſitum ⁊ intentionem non haberet iurandi ⁊ ꝓmittendi acontio: poſtea cum per parentes inſcios huius rei alij viro deſponſata eſſet: ſubita febre correpta eſt: qua cum vehementer vexaretur: Acontius hac epiſtola conatur ei perſuadere hũc morbum a diana immiſſum eſſe propter periurium: et fidem non obſeruatam: quã teſtata fuerat numen diane ſeruaturam. adducit autem ei in odium eum cui poſtea deſponſata fuerat: dicẽs omnem egritudinem ⁊ periculum vite ei accidere illius cauſa: quem ſi dimiſerit: dicit ꝙ liberabitur omni morbo: ⁊ ipſe conſecrabit in templo diane pomum aureum: cum carmine qđ teſtabit que fuerant ſcripta in pomo lecto a Lydippe. omnia fuiſſe rata: ⁊ habuiſſe effectuz. Sed ne dubitet: vt iterum decipiatur epiſtola: ſicut decepta fuerat pomo: amouet ei metum dicens: ne timeat legere: quoniam nulla eſt hic fraus: ne[que] iuramentum. Pone metum: noli timere legere hanc epiſtolam. Iterum ſecũdo: vt ſemel iuraſti lectis verſibus pomi. Satis eſt. Sufficit te ſemel mihi ꝓmiſiſſe iurando. Diſcedat ſic: adiurat eam vt legat. Sic. ſ. ſi legeris. Lãguor: morbus. Iſto tuo: qui dolor eſt meus me tangit. ſ. Te vlla parte: id eſt te habere dolorem in aliqua parte corporis. Quid pudor ante ſubit: id eſt cur pudet te. Subit: occurrit. Nam ſuſpicor: id eſt puto: Genas: in genas. ſ. tuas que es ignenua ⁊ verecunda. Erubuiſſet: ruborẽ habuiſſet: ſicut in ede Diane. ſ. erubuerunt. Ede: id eſt templo. Non crimina: non adulterium: ⁊ dedecus tuum tibi. Repetas: referas. Fetus demptus ab arbore: id eſt pomum quod eſt fetus: id eſt fructus arboris. Illic: in pomo id qđ opto te potius meminiſſe. ſ. te futuram ſponſam meam: qđ velim te potius meminiſſe ꝙ deam. ſ. dianã: que memor illius ꝓmiſſionis quam non preſtas immiſit tibi morbum. VBER.

P One metum. Bene a principio mouet metum ponat: id eſt deponat: quia vero ſimile eſt oĩa eius dona illi ſuſpecta: ita vt amplius lectura non ſit eius litteras, cuius ſe legendo deceptam nouit. Diſcedat ſic corpore. diximus alibi ſic: aptam eſſe precationi particulam. Debitus vt coniunx: id ſummopere aſtruit quod illa inſicias eat ſi amari nolit. Que demptus ab arbore fetus: id ẽ pomũ ab arbore decerptum. Te potius. ordo eſt. O virgo potius: id eſt melius ſupple foret: te meminiſſe: id eſt executione operis memorem oſtendere: ꝙ deam: id eſt ꝙ ꝙ dea te puniendo meminit. Si tamen illi verſus quos cõmentarius ſuperior ſe inueniſſe dicit addendi ſunt. ordo manifeſtarius eſt. O virgo decebat potius te meminiſſe: ꝙ deã. ſ. dianã iratam. ASCEN.

ANTO.

¶ Idē timeo: ne oblita verborū pacta ſeruare contēnas. Illud: idē mei cōiugij cōtemptꝰ ⁊ timor. Spē quā dederas: ſpes ī cauſa eſt precipua vt amemus. Teſte de. Dianam ſignificat in cuius ede in pomo perlecta ſunt carmina. Notauit: preterire non permiſit. Tuliſſe: bauſiſſe dicta: que ď cōiugio perlegiſti. Licebit: diluit crimen cauſa: quam in amorem transfert. Conciliare: quoniā boneſta peto: vnde tibi nullus querendi locꝰ relinquitur. Nō ego natura: recte naturam addit: vt ⁊ verſutiam et calliditatem excluderet: illa enim a natura eſt: hec ab vſu: ideo Lice. verſutos appellari tradit: quorū celeriter mens verſatur. Callidos vero q̊ʒ tanq̄ manus ope: ſic aīmꝰ vſu concaluit. Solertem: induſtrium ⁊ ingenioſum. Propertius Ingenium nobis ipſa puella fuit. Cōpoſitis: apte iunctis: eſt cōpoſitio verborum conſtructio eq̄liter perpolita. Arte: dolo. doloſ habebāt verba in pomo perſcripta. Feci ſponſalia: te mihi deſpondi: nā verba dicebāt in nuptijs: hubꝰ noui ſpōſi iungebant: q̄ cū aliq̄ ꝓnūciaſſet eques romanꝰ mulctatus eſt: vt ſcribit Gel. Iuris amore aufer: amor ſuo iure me fecit vafrum. Vafros dicimꝰ callidos ⁊ q̄ſi valde afros: qui vt ſcri. Pli. doloſi ſunt. vſi in ꝑcone Pōpo. tergū in q̇t variū linguā vafrā. Sit fraus huic fa. crimē diluit ex loco: quem violentā diffinitionē dicimꝰ. Velle temere: nō ē fraus velle aſſequi q̊ð amaſti. Sine fine: q2 amabo ſꝑ. Poetā ero ꝑpetuꝰ. Per gladios alij a maiori cām ſuā boneſtā facit. Alij bellovxores ſibi pepererūt: ego vo lrīs id tēto. Plures nodos laq̄os: metaphora avēatoribꝰ: q̇ feras laq̇is captāt. Mille modi: ad faciendū vie mille ſupſūt. In iſto cliuo elaboramꝰ ad te fallēdū: trāſlatio ab auriga q̇ montē ꝯſequi nititur. Poſſis capi: meis fraudibꝰ decipi. Plau. in āphitrione. Cur me captas carnifex: ⁊ in eadē fabula tu me ſi impudentia captas nō po

Verſutus
Callidus

Nunc quoq̄ idē timeo: ſed idē tamē acrius illud
Aſſumpſit vires: auctaq̄ flamma mora eſt
Quiq̄ fuit nunq̄ paruus vel tempore longo.
Ex ſpe: quā dederas tu mihi: creſcit amor
Pertimui:cum mihi reddita eſt epiſtola tua. Sine murmure:ſine prolatione verborū: ſed tantum oculis ⁊ animo percurrens. Captaſſes:decepiſſes. Ut ipſe fateris: nam dixit promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi. Dura:aſpera in non legendo ſcriptum tuum. Seue:irate.

Cum faciam omnia:in honorem Diane:⁊ preter ipſam. Dem pia thura:id eſt faciam ei ſacrificia thure. Fauet tibi plus iuſta parte:id eſt plus equo tuetur partes tuas. Uindicat te: facit vindictam pro te. Ut cupis credi:quia tu dicis mihi ꝙ hec eſt cauſa quare egroto.dixit enim ipſe. Dicendum tamen eſt hoc tu mihi crede ꝙ egra ipſo nubendi tempore ſepe iaces. Conſuluit:ipſa tibi. Talis in Hyppolyto: non tantū fauit hyppolyto ſuo quē etiā ſm quoſdam per Eſculapium a morte ad vitam reuocauit:vt Uirgilius ſcripſit:licet Horatius aliter dicat. Talis tam fauorabilis. In ſuo Hyppolyto:pro in ſuum hyppolytum. Arcaiſmos. Uirgilius. Talis in hoſte fuit Priamo. Melius:iuſtius. Uirgo:ipſa Diana virgo. Fauiſſet annis virginis:mei Cydippes:que etiam ſum virgo. Quos:annos. Uereor:timeo. Ne velit eē paucos mihi:quia timeo ne velit me cito mori.

Pertimui:breuis ē hec epiſtola:aut quia reſiduum perijt:aut quia plura egrotantez ſcribere nō decuit. Sine murmure:id eſt ſine voce: iuraret ne quos inſcia lingua deos. Aucta foret ſeue ⁊c. hoc dicto cōſentit in ſententiam Acōtij. Naz et ſibi perſuaſum ſignificat febrem illam a dea irata illatam. Illa tamē iuſta: honeſtatis gratia dicit ſe coactam vt conſentiat Acontio contra volūtatem paternam. Memori ira:ſic Maro.memorem Iunonis ob irā. ASCEN.

Talis in Hyppolyto:vix fuit. Bene dubitat. Nam Uirgilius dicit eum reuocatum a morte peonijs herbis. Horatius autem inquit. Neq; enim Diana pudicum. Liberat Hyppolytum

Quos vereor paucos ne velit ⁊c.ergo quaſi plura ſcribere nequiens ſic artificioſe epiſtolam clauſiſſe potuit.

Sed ne quis putet me ꝑtermiſiſſe coꝝ que ſequūtur explanatione̅ ꝓpter diffi-cultate̅ aut ignorantiā locoꝝ: exponā locuȝ q̄ oīm difficillimus putat: de quo a multis rogatus ſum: q̄ ſe viros doctos fruſtra cōſuluiſſe dicerent: q̄bus iaȝ viua voce dixi quid ſentirem. Is locus eſt. Miror ⁊ inumeris ſtructaȝ de cornibus aram. Et de qua pariens arbore nixa dea eſt. Aram ſtructam de cornibus aram Diane intellexit: q̄ ita erat ſtructa: qm̄ ipſa eſt dea venationis: cuius indicia ſunt cornua ferarū: aut de cornibus tantumodo ceruorum factam ītelligit: qui ſunt in tutela diane. Arbor de qua dea pariens eſt nixa que ſit: ipſe Ouidi. aperte declarat libro. vi. meta. his verſibus. Illic incūbens cum Palladis arbore plane. Edidit inuita geminos latona nouerca. arborem igitur plane ⁊ oliue ſignificat: cui incūbens latona Dianaȝ ⁊ Apollinem peperit. hoc autem in Delo fuit. Idem Ubertinus.

Hec interpretatio Epiſtolarum Heroidem Ouidij non ad oſtentatione̅ ingenij: aut doctrine: ſed ad cōmuuem vtilitatem ab Ubertino cognomine clerico creſcentinati edita eſt in loco caſalis ſancti Euaxij. Anno ſalutis humane. M. cccclxxxi. Octauo idus ſepte̅. predicto Ubertino arte̅ dicendi in ipſo loco Caſalis publice inṫpretante ſalario ⁊ ſtipe ⁊ ipſius ciuitatis: ⁊ in ꝑnis illuſtriſſimi Excelle̅tiſſimiq̄ꝫ Guilliermi Marchionis Montis ferrati. Sacri romani iperij ꝑncipis: vicarijq̄ꝫ perpetui: ac ducali Mediolanenſium Capitanei Generalis bello paceq̄ꝫ clariſſimi anno eius Marchionatus feliciſſimi. xvij. Anno vero. vij. ex quo caſalis oppidum ipſius preſtantiſſimi ꝑncipis beneficio ⁊ munere ciuitatis nome̅ epiſcopatus decus: ⁊ deniq̄ꝫ non minus morum q̄ edificiorum reuocationem adeptum eſt.

Finis Sapphus Ouidij; ceterarūq̄ꝫ epiſtolaꝝ cū triplici cōmentario: atq̄ꝫ eorundem annotationibꝰ ⁊ indicibus: fideliter im̄p̄ſſatum Lugduni Anno gratie. M. ccccc. vij. kal. Martij. Impe̅ſis probi bibliopole Stephani Guaynardi. Opera ꝟo ⁊ artificio diſcreti viri Iohānis de Uingle Impreſſoris.

¶Ad franciſcum Aragonium Ferdinādi Regis Neap. Filium.

DOmitius Franciſco Aragonio Salutē. Mirificū eſt ſtudium meū Frāciſce
⁊ voluntas quedam egregia in eos qui de ſe ſpem aliquam pꝛobitatis ⁊ indo
lē pꝛebent: neqꝫ vllum finem facio cogitandi de his que ad eos vel iuuandos
vel oꝛnandos pertinere arbitroꝛ. Quod cum de omnibus facere ſoleo: tamen
me id in pꝛimis debere exiſtimo ijs: qui vel populis aliquando pꝛefuturi ſūt
vel nationem cliētelas habituri. Video enim platonem philoſophoꝛū (vt il
le ait) deum quum de ciuium ſuoꝛum educatione multa ſapienter eloquentiſ
ſimeqꝫ pꝛecepiſſet. Vnumqꝫ iuuentutis moderationem cōpluribus ſatis eſſe maluiſſet in fi
lijs regijs quattuoꝛ educationis magiſtros requiſiuiſſe moꝛibus ⁊ doctrina inſignes. Nimirū
maioꝛe cura cenſuit Plato foꝛmandū: qꝺ multoꝛum oculis aliquando exhibiturus erat: nam Plato
bonus pꝛinceps tam omnibus cōmunis eſt ꝙ lex ſanctiſſima ⁊ equalibi ciuiuꝫ ſocietati accō
modata. Incredibilem tu regis potentiſſimi filius de te expectationem concitaſti: ⁊ quomo
do iſta etate veluti in tenellis arboꝛibus: floꝛibus contenti eſſe ſoleamus: tu nobis iam foꝛma
tos virtutuꝫ fructus pꝛoduxiſti. In quo plane declaras te paterne gloꝛie magnitudinē ⁊ ſplē
doꝛē nulla omnino ex parte ignoꝛare: quum ad eā vel aſſequendā: qꝺ optabile: vel ſuperandā
id qꝺ ipſe foꝛtaſſe cupiat: nos certe vix ſperare audemus: tantis iaꝫ fame laudūqꝫ p̄ſidijs te cō
pares et contēdas. hec cum ex alijs accipio tū ex Curelio ⁊ militiaqꝫ ampliſſimi diuiniqꝫ pꝛin
cipis Cardinalis tui Neapolitani neceſſarijs. Hi enī ſiue qꝺ domo ita ſepe audiant: ſiue ꝙ ī te
pꝛecipiā immoꝛtalē obſeruantiam contulerūt: de te mecū ⁊ frequenter ⁊ honoꝛifice loquunꝶ:
in pꝛimiſqꝫ de litterarū ſtudio. Quo in genere cū ab ineunte etate verſatus ſim: ſtatui eſſe cum
inſtituti mei qꝺ initio ꝓpoſui. tū ſuſcepte de te opinionis aliquid mittere: qꝺ per eſtatē in tua
iſta felici cāpania aliquādo legas. Nō tā quidē ꝙ hec boni pꝛincipis animū foꝛmare poſſit ꝙ
relaxare. Scio enī placere ijs: quos tecum habes: vt vel iuſſibus animū interdū: grauioꝛumqꝫ
ſtudioꝛū curā remittas. Vbi vero tu aut libentia velis conquieſcere: aut honeſtius poſſis ꝙ in
litteris habes nihil. Quod vt: neqꝫ hoc tēpoꝛe alienū videatur: neqꝫ etate tua: efficere ſtudui.
Itaqꝫ accipies a Domitio tuo hanc elucubratiūculam in ſappho Ouidij: obſcurioꝛaqꝫ ꝓpertij
loca: in quibus ſi quid pꝛeterea deſiderabis: dabis operā vt ſciam. Ego enim tam libenter per
ficiam ꝙ ſtudioſe incepi. Simul agnoſces ciuē tuum Papinium poetā quē ꝓximis vigilijs oī
bus pꝛiſtine dignitatis fameqꝫ oꝛnamentis reſtituendum curaui. Vale. Ex vꝛbe.

¶Domitius in Sappho Ouidij. Argumentum.

CAllias Methymneus nulla lucubratiōe nobilioꝛ fuit ꝙ interpꝛetatiōe poema Sappho
tū alcei ⁊ Sapphus tāta erat eſtimatōe eiꝰ mulieris ſcripta: qꝺ Papi. in patris Mulieres
Epicedio ſatis teſtatus eſt cū eā locauerit inter antiquos vates: ⁊ Stra. reꝫ mi poetice
rabilē eā appellet: nullāqꝫ in poetice cū ea conferri poſſe arbitraꝶ: dederūt q̄dē
operā poetice preter hāc tres Coꝛynne de quibꝰ in ſiluarū cōmētarijs ſcripſimꝰ
Erynna q̄ cōcubina Sapphꝰ fuit: vt Euſtachiꝰ ſcri. et leſbia: vt alij putant rho
dia vel Teia. Poema cōpoſuit lingua Doꝛica tercentū verſibus opus abſoluit: quoꝝ dignitas
cū Home. cōtendit. In eā illud epigrāma grecū editū eſt.

Theano p̄terea mulier locris Lirica fuit: ⁊ mero q̄ hymnū in neptūnū cōpo
ſuit: ⁊ Carixena ⁊ Praxilla de ſappho. hec ſuidas apud grecos. ſappho Simonis: vt alij putāt
Eumenij: vt alij Erigij: vt alij Ecripti: vt alij ſemi: alij camonis Etarchi: alij nōnulli ſcamādro
nyni: q̄bus aſtipulaꝶ Herodotꝰ matre cleide: leſbia ex ereſſo. Lyꝛica nata q̄drageſima ſecunda
Olympiade: q̊ tp̄e ⁊ alceꝰ ⁊ ſteſichoꝛus ⁊ pytachus: tris fratres habuit: Laricū: Caraxū: Eury
giū. Cercylle viro ādrio ꝺitiſſimo nupſit: cui filiā pepit Cleida noīe: amicas tris: Attidē Tele
ſippā Megarā habuit q̄bꝰ ad libidinē vſa ē. Diſcipulas: Anagoꝛā: Mileſiā: Hongilā: Colo
phoniā: Eunicā: Salaminiā ſcripſit libꝛos Lyꝛicos nouē: p̄ma plectrū repperit: ſcripſit Epy
grāmata: Elegias: Iābos: ⁊ Nenias. Sappho leſbia ex Mitilene: Pſaltria hec amoꝛe phaōis
Mitilenei ex leuchade ſe deiecit. Nōnulli huic carmē liricū tribuūt: hec ſuidas grece: huiꝰ po
emata laſciua fuiſſe īdicat Oui. Leſbia quid docuit ſappho niſi amare puellas: ⁊ in arte amādi
Nota ſit ⁊ ſappho: quid enim laſciuius illa: Hoꝛa. Viuuntqꝫ cōmiſſi caloꝛes eolie fidibꝰ puel
le viro Cercylla moꝛtuo et cleide filia ſuperſtite relicta in amoꝛē phaonis incidit: qꝺ Pli. her
be tribuit. xxij. naturalis hyſtoꝛie: vbi de centūcapita ita ſcribit. poꝛtētoſum quod de ea tradi



VERSITAT
DE
ANAD

tur radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre. Rara inuentum: ⁊ ſi viris contige-
rit mas: amabiles etiam fieri: ob hoc ⁊ phaonem leſbium dilectuꝫ a ſappho: multeqꝫ circa hāc
non magorum ſolum vanitates: ſed etiam pythagoricorum. Hec Pli. ꝗuis mendoſe in non-
nullis codicibus ita ſcriptum eſt ob hoc phaonem ⁊ leſbium dilectos a Sappho: et ita legen
da ſunt verba Pli. vt nos recitauimus. iterum enim dilexit phaonem mortuo viro: vt etiā plau
tus ait. neminem preterea greco deniqꝫ Epigrāmate ab antipatro Sidonio: tanꝗ decima mu
ſa ornatur: poemata illius extant nulla: epiſtola hec Ouidij eſt alijs Heroidum inſerta: quod
in corynna ſua teſtatur ad Marcum ſcribens cum heroidum nomine ſe ad viros ſcribere ait:
quodqꝫ tenens ſtrictum Dido miſerabilis enſem dictat et aonie leſbis amica lyre. et cum no-
mine virorum epiſtolas finxit Sabinus poeta: phaonis quoqꝫ nomine ſcripſit ad ſappho. de
quo Ouidius. Quam cito de toto redijt celer orbe ſabinus. Scriptaqꝫ diuerſis rettulit ille lo
cis. ⁊ paulopoſt. triſtis ad hypſiphilē ab iaſone littera venit. Dat notam phebo leſbis amica ly
ram: id eſt accipit etiam litteras a phaone ſappho eum non rediturum: quare ſe de leucade de-
iecit: atqꝫ ita amore liberata lyram dicauit phebo quā nouerat: naꝫ ita ſcripſit: inde chelin phe
bo communia munera ponam. Et ſub ea verſus vnus et alter erit. hec autem epiſtola ab Ouid.
compoſita affectus: qui mitiores ſunt copioſius exprimit: ꝗ vlla alia: nam eā locupletauit poe
ta et poematis Sapphus que molliſſima ſunt: vt etiā de Ho. multa tranſtulit: ⁊ ex Odyſſea in
penelope: ⁊ ex iliade in Briſeide. tm̄ autem abeſt: vt hanc epiſtolam putē a ſappho ſcriptā: vt
etiam ſtatuā inſeri oportere epiſtolis Ouidij ⁊ ſtatim locandū eſt Didonē. Nam eo ordine poe
ta ſcripſit: ſiquideꝫ eius verſibus credimus: pauloante a nobis recitatis. Sed cū alijs mollior
eſſet varietateqꝫ blādiret̄ ſeorſuꝫ a nonnullis ediſcitur: ꝺſcribiturqꝫ ſola libelli nomen meruit
⁊ auctoris fidem inuenit mulieris lugentis cuꝫ lachrymas ⁊ amantis decoꝝ omni ex parte im
pleat de huius ſaltu ad leucada: de charaxi amore in Rhodopē ſuis locis dicemus. Interea
illud obſeruandū eſt partes laſciuiores ⁊ impudica verba huic attribui: nā ſupra muliebrē con
ditionem in amores ardebat cū non modo virum perdite amauerit: ſed aliarum quoqꝫ mulieꝝ
tribas fuerit: hoc eſt inſultando illas fricaret. nam tribein fricare eſt: qꝺ apud Juuena. ⁊ Mar
tialē diximus. et ab horatio maſcula ſappho appellatur ea de cauſa: ꝗuis porphyrio eum locū
interpretans ābigēdo ſcribat maſculā dici. vel ꝙ operā petice dederit: qꝺ eſt viri. vel ꝙ tribas
fuerit. qꝺ et ipſa ingenue fatetur: ꝗuis mutatis amicarū nominibus. nā quas amauit p̄cipue
tres fuerunt athis thelesippa ⁊ megara: ſed de his ſuo loco. phaon in ſiciliam diſceſſerat puel-
la amoris ignibus incenſa ⁊ plane ardens cū ab illo ſe ſperni vteretur. ſtatuit etiā capitis pe-
riculo furorem lenire demiſſo corpore e leucade. ſed anteꝗ illuc accedat per incoſtantiā mulie
brē tentans: qꝺ deſperauerat hac epiſtola eū reuocare ſtudet faciens abſenti inuidiam ſue con
ditionis ⁊ calamitatis: quā omnibus incōmodis miſerabilem oſtendit: dum ⁊ voluptates oēs
ſe abieciſſe ſcribit phaonis cauſa. in tanto dolore carmen non ſuccurrere ſe lubrio eſſe fratri.
Filiam paruam ſuperſtitem: deniqꝫ omnes miſericordie angulos excutit: non ſexus: nō fortu
ne mutatio: non habitus: non rerum omnium deſperatio: non quicquid in re quod mouet pre-
termittitur.

## Sappho Phaoni. Epiſtola.xxi.et vltima.

Nunquid vbi aſpecta eſt
ſtudioſe littera dextre
Protin⁹ eſt oculis cognita
noſtra tuis?
An niſi legiſſes auctoris
nomina ſapphus:
Hoc breue neſcires vnde mouetur opus?
Forſitan ⁊ quare mea ſint alterna requiris
Carmina:cũ lyricis ſim magis apta modis
Flendus amor me⁹ ẽ:elegiacꝫ flebile carmẽ
Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas
Vror vt indomitis ignem exercentibus euris
Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

Nunquid vbi aſpecta eſt. Principium autem epiſtole interrogationem habet: DCCCCI.
et quidem figuratam. nam inſtandi aliquando gratia interrogamus. vt Quo Interrogatõ
uſqꝫ tandem abutere patientia noſtra Catilina:non enim illic Ci. interrogat
vt ſciat:ſed vt ita acrius vrgeat. Interrogamus etiam quod negari non poſ-
ſit:aut vbi reſpondendi difficilis eſt ratio:aut inuidie gratia:vt illud Medee
apud ſenecam. Quas peti terras iubes. aut miſerationis:vt illud Simo-
nis. Heu que me tellus inquit que me equora poſſunt. Accipere. Deniqꝫ mul-
tis figuris interrogamus. hec au-
tẽ ſapphus interrogatio ironiam
quandã ſuboſtendit: infenſa pha-
onis crudelitati ſui obliuionez ex-
poſtulat atqꝫ accuſat. Nihil enim
aliud ſignificãt quattuor ꝑmi ver-
ſus niſi ſe iam deſeri: dum abigũt
an ſtatim ille agnouerit litteram:
an neſcierit niſi legiſſet nomẽ qđ
ſcilicet exciderat. Littera ſtudio-
ſe dextre:doctrinam ſuaz indicat:
cum inquit videris caracteres tã
ſtudioſe et docte formatos:an co-
gnouiſti eẽ epiſtolã ſcriptaz a me
Studioſe:ſtudioſi boni dicuntur: Studioſi
et litteris eruditi: mihi adeo late
patere videtur: vt diligentem in
ſuo genere artificẽ ſignificet ſtu-
dioſum librarium pictorẽ atqꝫ id
genus. Sapphus auctoris.i. niſi
legiſſes me eſſe eaz: que mitteret
ep̃laz. Nã ita inſcripta erat. Sap-
pho phaoni: penitus ignorabas:
a quo mitteretur. Auctor nõ eſt: Auctor
ꝙ tantum facit:ſed qui princeps ẽ
et prim⁹ iubet:vt aliqđ fiat. Mul-
tacꝫ fieri poſſũt ab aliquo:alio tñ
auctore:qui nihil in his agat. ide
illud apđ Liuiũ frequenter vt pa-
tres fiant auctores:vt perinde accipiat ac ſi ipſi iuſſiſſent. Et ad militiaz trãſlatũ auctorare for- Auctorare
mat:qđ eſt eligere in militiam ex eo tractũ quod niſi imꝑatores ſenatu auctore bellũ gererẽt tri-
umphũ merebantur. Cũ autez illis auctoribus belluz gerebãt quaſi auctoratu ab illis nauabãt
operã. et miles auctoritat⁹ ab imꝑatore ei opã preſtabat. receptus.ſ. in iura militaria et impe- Exauctorare
ratoris fidẽ. Inde exauctorare diminuere ẽ:et auctoramẽtũ ſignificat illã aſcriptionẽ ſimplici- Auctoramẽtũ
ter. Dabũt veniã manes Laurentij:nõ eñi video q̃re ille auctoramentũ ꝓ ſtipendio accipiat: et
ne auide hoc agere videar: non refellaz oĩa teſtimonia. Unuz illud ſatis non mõ infirmũ eſt ꝓ
illo:ſy ꝓ nob firmiſſimũ:qđ ex Quinti. declama. affert. nec difficilẽ ſane ſub illo preſerti in au-
ctoramento miſſionẽ habuiſſet. ſed voluit gladiator viuere. Dicat obſecro an auctoramẽtũ illic
ꝓ ſtipendio accipiatur. Non enim gladiator illic faciebat ſtipendiũ:ſed preſtans operã vicariã:
obijciebãtur harene. habuiſſet inquit miſſionem ſub illo preſertim auctoramento.i. cum ita eẽt
aſcriptus in gladiaturã. Nã pro altero eum acceperat munerari⁹:vt parua ei videret futura ia-
ctura ſi iuueni miſſionem dediſſet. auctorat ergo imperator militẽ cũ euz aſcribit. Nam quicq̃d
deinceps agit miles auctoratus ad imperatorez refertur. Cui victoriã imꝑat. Itacꝫ q̃cq̃d ex li-
uio ille affert ex ſene. ad hãc ſñiam noſtrã deducitur: vt in li. noſtraꝝ obſeruationuz oſtendim⁹.
Sapphus genitiuus grecus ẽ. Fabius q̃dẽ in primo inſtitutio. ita ſcri. Nũc recẽtiores inſtitu- Sapphus ge-
erũt grecis noĩb⁹ grecas declinationes potius dare: quod tamen ip̃m non ſemper fieri poteſt. nitiuus
mihi aũt placet latinã rationẽ ſequi quouſqꝫ patitur decor. Neqꝫ enim iã calipſonẽ dixerim: vt

iunonem: ꝙ ꝙ apud antiquos Ceſar vtit hac ratione declinandi: ſed auctoritatem conſuetudo ſuperauit. In ceteris que poterunt vtroq modo non indecenter efferri qui grecam figuram ſe qui mallet: non latine quidem: ſed citra reprehenſionem loquetur quibus ex verbis dicimus ce ſarem fuiſſe dicturum ſapphonis potius ꝙ ſapphus: ſed tamen hoc non indecenter efferri ſen tentia Quinti. vt Ionē legis apud plautū: qd̄ grammatici quoq obſeruauerūt. Carmina mea e legica. nā alternis numeris ſuccedūt heroicis: in qb⁹ claruerūt apd̄ grecos Callimachus phi letas. Alexander. Etholus. Antimachus. Calinus mineruus. Tyrtheus Lacedemonius. Inſti tuti elegi primū deflendo deſiderio mortuoꝝ mox ad mores traducti: ſed nomē tamē retinuerūt a miſerabili cantu: quā olim fundebant. nam elein eſt miſerari. Lyricis modis: nā et ſi elegiam attigerat aliquando: Sappho tamen lyricis numeris preſtabat. De lyricis autem poetis et car mine require que elucubrauimus paulo ante in vltimo ſiluarum. Flendus amor: rationē affert quare a lyricis ad elegos tranſierit. Ait enim argumento operis ſe impelli. Poſſem inquit Ly ricis amores etiam includere. Sed lachrymis non conuenit: quibus elegia manare ſolet. Ele gia ꝯ flebile carmen: ambitus eſt recurrētis in ſe ſillogiſmi. Tu inquit fortaſſe q̄ris quare ſcribā elegos amor meus deflendus eſt. Elegia eſt carmen flebile: propterea nunc mihi magis cōue nit ꝙ lyricū elegi verbū nō placet. Frigidū em̄ eſt elegia rōne ſyllabe nō offendit: cū eodē iure alibi defendatur. Oui. in corynna. Venit adoratos elegia nexa capillos. Et alibi. Flebilis in dignos elegia ſolue capillos. Non facit: non ſatis ē nec cōuenit. Barbitos: Eſychius verborū grecorum interpres docet barbitō eſſe genus cythare lyrice: vel ipſam lyram Pollux locat eam inter inſtrumenta que manu pulſantur. Strabo vero auctor eſt nomen eſſe barbaruꝫ. Nam qui helicona muſis conſecrarunt thraces fuerunt et antiqui vates. Ephorus Orpheus. Muſeus. Thamyris: qui Baccho item Aſiam conſecrarunt in indiam vſq barbari fuerunt. Unde mul ta muſica inſtrumenta barbaris nominibus deſignantur. Ut nablia ſambuca magades barbi tos. Barbitos: ideſt vllum carmen lyricum: vario aūt genere profertur: maſculino. ab Hora. Age dic latinum barbite carmen leſbio primum modulate ciui: femi͞eo ab Ouidio. hic Neutro ab alijs multis cordis fuiſſe indicat Teocritus qui eam polycordon appellat. Ager fertilis: ple nus ſegete. Ardet: ardere ſolet. Exercentibus: diuerſas in partes iactantibus. Phaon: nomen liberti Neroniani cuius meminit Tranquillus: Phaō leſbius inſignis forma: delitie Sapph⁹ carmine tantum amice nobilis. Celebrat: tenet et colit.

Barbitos

Phaon

ASCEN.

Nunquid vbi aſpecta eſt. Quia omnia ad vnguem et per ꝙ graphice a Calderi no declarantur: fruſtra longus ſim: ne tn̄ nihil dicam: ſcies hanc ep̄lam vt cete ras ab ouidio compoſitā: nec verſā ſeu tranſlatā ſꝫ excogitatam: licet ſappho multa carmina ſcripſerit: nec eius generis ſolum quod ab ea ſapphicum dicit̄ ſed et alia multa. verum quia grece non latine ſcripſit: inſaniunt qui hanc epi ſtolam vt eſt ab ea compoſitam ſōniant. Nunquid. q. d. puto ꝙ non: cū tn̄ debe at. vbi. i. ſtatim poſtꝙ. littera metri cauſa ſingularit̄ pro epiſtola ponitur. ſicut contra nomina pro eo qd̄ eſt nomen ponit. Auctoris ſapphus. Ergo auctor ab auctoritate cōis ē generis. vnde iuno apud virgiliū. auctor ego audēdi. Sapphus grecus genitiuus quo libē tius vtar ꝙ latino in conſimili dictione greca. Habem⁹ aūt vt Seruius docet ad illud. vij. enei dos. Luctificā alecto tris caſus in vſu: gtūꝫ in vs et ac̄c̄m et vocatiuū. nōo ſimiles in o. carmīa alterna. i. hexametra cū penthametris. Elegia. Alij legūt elegiacꝫ. alij elegia. nā due prime ſyl labe corripiuntur. Uror vt indomitis. Docet cur barbyto: ideſt plectro aut inſtrumēto quouis muſico non inquit leuetur a curis et lachrymis qr inq̄t vror vt ager fertilis. i. qui dēſas profert ſegetes ardet meſſibus: ideſt ariſtis et ſegetibus ad meſſem perductis: accenſis. et hoc euris. i. ventis illis indomitis. i. quaſi furentibus: exercentibus ignē ideſt flammam: vt ſecundo enei. In ſegetem veluti cum flamma furentibus euris Incidit.

DOMI.
Etna

¶ Etne: etna mōs ſicilie notiſſi mus ſortit⁹ nomē ab etna heroe vt Caſtor ſcribit nomine loci: cuius filiū Leucr⁹ q̄dā tēporib⁹ Tabe ſe ꝓfeſſus loca finitima latrocinijs infeſtauit: ſed romā ductus dedit catane: item oppiduꝫ ſicilie etna olim dicebatur: quod nomen in

Arua phaon celebrat diuerſa typheidos etne
Me calor etneo non minor igne tenet.
Nec mihi diſpoſitis iūgam q̄ crimina neruis
Prouenīunt vacue carmina mentis opus

Nec mihi pierides ſubeunt driadeſue puelle

Nec me theſpiadum cetera turba iuuat.

Vilis amithone: vilis mihi candida cidno:

Non oculis grata eſt athis vt ante meis

Atq; alie centũ: quas hic ſine crimine amaui

Improbe multarum: quod fuit vnus habes

Eſt in te facies: ſunt apti luſibus anni.

O facies oculis inſidioſa meis.

Sume fidẽ & pharetrã: fies manifeſtus apollo

colis expulſis hiron Rex dedit. De monte nũc intelligit ſub q̃ tipheũ fulmine ictum eſſe poete fabulant. Virg. illic dixit eẽ encheladũ. Sylius tipheũ ſub inarine iſula cãpanie poſit. Nõ ardent ſortita typheũ inarime. Lucanus: cõditus inarimes eterna mole typheus. Idem Home. Sed libet hoc loco ambigere ꝺ noſtris ſcriptoribus: qui vbi Homerus dixit a rimois: id eſt in rimis arimos pronuncians noſtri coniunctũ cũ prepoſitione flexerũt. Marimẽ viſur pãtes. Home. vero de inſula campanie intellexiſſe: vel ille loc⁹ Pli. ĩdicat Home. Marime dicta a grecꝭ pythecuſa nõ a ſimiarũ multitudine vt aliqui exiſtimauere: ſꝫ a figulinis doliariorũ. Nimirũ id deſignãs quod ſtra. ſcri. his verbis de typheo loquens rex armis vbi ſtratũ dicunt eſſe Typhea. Quidam hanc fabulam in ſicilia fingunt: quidã Pythacuſis: preſertim qui ſeminas dicunt arimos ab etruſcis vocitari: pindarus certe in ſiciliam: vt etiã Ouidius ſcribit typheum excruciari ait his verſibus. Illuz etnam vinculis fortiſſimis arctat immenſum pater centima nunc; tipheum. Tiphon vero pater harpyarum fuit: vt eſt apud Vale. flac. Typhoidos: forma patronymica eſt a voce greca deducta Typhõ: vnde tiphonides & typhonis formatur. Euris indomitis: vehementib⁹ & ferocibus. Arua diuerſa remota & ꝓcul poſita. Nec mihi diſpoſitis neruis: concinate cythare ĩ qua olim quattuor erant nerui. Sꝫ Terpander leſ bis ſeptem compoſuit: Octauam Symonides: nonã Tymotheus. Inde illud diſtichon in Terpandrum. Nos tibi mutari chordarum quattuor vuluam vni. Iam noua per ſeptẽ modulamur carmina neruos. Iungam cum ſono cythare. Amphion autem primus cum cantu cythara vſus dicitur antea thamyras ſine voce. Qui aut ſimul canunt cum cythara pſallocitariſte dicuntur. Nec mihi pierides: hunc locum multi negligenter fortaſſe legunt: cũ tamen enarratione indigeat. hunc autem ſenſum ego eſſe arbitror: cum ſappho oſtendere velit ſe ad carmẽ non moueri vlla ex his cauſis: quibus olim ſolebat triplicem canendi cauſam ait ſibi fuiſſe: aut cum furore poetico ageretur: aut cum relaxans animũ in ſiluis ſine curis vagaretur inter dryadas et hamadryadas: aut cum puellis quas amabat blandiretur: que ſibi theſpiadum & mutarũ inſtar erant. Nunc inquit nec pierides ſubeunt: id eſt furor poeticus: nec dryades: id eſt nec relaxatio animi in ſyluis inter dryades prouocant me ad carmen. Nec cetera turba theſpiadũ nec amice que tertia & reliqua carminis cauſa mihi erat iam exhilarat aut delectant atq; ita omnis canendi ratio mihi perijt. Pierides greci fabulofiora quedã de hoc nomine tradiderũt. Stra. vero hiſtoriam ſecutus ita ſcribit: nam id planum ex locis in quibus culte ſunt muſe. Piera. n. et olympus et dipla et lebetrum quondam loca fuere thracie et montes quos nunc macedones poſſident: quiq; muſis Helicona conſecrarunt: Thraces fuerunt. Theſpiadum: theſpias pri⁹ inquit Stra. nobilitauit cupido Praxitelis opus ab eo ſculptum. dono vero conſecrauit Theſpienſibus Gycerium meretrix. in plus apud me valet pauſanie auctoritas qui phryne id dediſſe affirmat: vt in commenta. ſyluarum recitauimus cum preſertim verſu gre. vulgatum phrynee ton pteroen ta ethetdthes preſi ypertecnon. de quo Pli. ita ſcri. xxxvi. nata. hiſtorie de praxitele tradẽs: eiuſdẽ cupido obiectus a Cice. Verri. illi. propter quez theſpie viſebantur. Nũc octauie ſcholis poſitus. Tres autem fuiſſe muſas tantum ſcribunt nõnulli: quib⁹ Varro aſſentit. Is enim tradit earuz ſimulachra multiplicata fuiſſe: quod in ancilibus accipimus: atq; ita habitas eſſe nouem. Homerus certe & Heſio. huic numero adſtipulantur. Homerus numeruz tantum nouem proferens. Heſiodus nunc vero addens ſingularum nomina. Alcmeon poeta celi & terre filias putauit. Alij iouis & memorie nobili certe pictura fluui⁹ nobilior. Romã ei⁹ trãſtulit ex ambracia. Vilis amicthone: igenue h fatet ſe tribadẽ fuiſſe: & ĩpudice amaſſe nõnullas: de quorũ nũero diſſentit ab eo q̃ꝺ ſcri. Suidas. ille. n. tres fuiſſe ſcribit: qb⁹ ad libidinẽ

Typheus

Typhon

Chorde

Pſallocitariſte

Pierides

Theſpias

Muſe

vſa dicitur ſappho Theleſippam. Megaram. Atthidez. Sed duaruz nomina mutantur: quas
hec appellauit amytonem ⁊ cydno. Ille theleſippam ⁊ megaram: de tertia conuenit. Nam ab
vtroqꝫ Atthis dicitur: ꝙuis per mendaz ſit inuerſuz. Nos vero emendantes ita legimus. Nec
grata eſt oculis Atthis aut aũ meis: nec ſi ita leges. Nec grata ē ocu. meis. Atthios ante meis
Centum Mille Sexcenta et nomen puelle deprauas et nullum colligis ſenſum. Alie centum: mille: centum ⁊ ſexcẽta ſe
pe pro infinitiuo numero accipiuntur. Cicero ad atticum ſcribens ſexcenta accipit pro infini-
tiuo: mille alij ſcriptores poete preſertim hoc loco ſappho. Nam non centũ: ſed multas habuit
puellas leſbias: quibus non ad libidinem vtebatur: ſed eas erudiebat cythara et quibus tres
claruerunt ĩ primis eius diſcipule: anagora mileſia: gongyla colophonia: eunica ſalaminia: vt
et ſuide monumentis ante recitauimus vt eas in quotidianam conſuetudinem et familiarita-
tem acceperat. Horatius. Et popularibus gaudentem. Sappho puellis: omnino ita intelligẽ-
dum eſt ante nominatas concubinas fuiſſe ſapphus: quas vero nunc deſignat fuiſſe diſcipulas
et ſine infamia fuiſſe amatas. Sine crimine: ſine criminatione et reprehenſione: qua non ca-
ruit in illis tribus. Hic oſtendit ſe de popularibus ſuis intellexiſſe. Improbe: dicimus impro
bum non tantum malum: ſed nimis auditum: nec contentuz etiam re immodica. Improbe: qui
non contentutus eſt tanto amore meo. Unus habes: ſolus poſſides. Quod fuit multarũ: id eſt
affectus meos amatorios: quos in multas puellas diſpenſaueram pudice alias: alias impudi-
ce amando in te vnum contuli: et quod multis erat tibi vni eſſe non potuit. Eſt in te facies: eta
te et forma amabilis quiſpiam eſſe poteſt: quod vtrunqꝫ cum in phaone ſit laſciuia ſappho. for-
Ludi Ludos Luſus mam et faciem tantum ſuſpirat. Anni apti luſibus. Ludos publicos dicimus numero multi-
tudinis et ſpectacula ludus numero vnius pro exercitatione gimnaſtica: vt ludus paleſtre: lu-
dus pile. deniqꝫ ludus dicitur cum multorum conuentus ab vno eruditus preceptore: vt ludus
gladiatorius: ludus litterarius. Luſus vero ad voluptatem comparati ſunt ſine vlla arte. ⁊ pu-
erorum proprie dicuntur: contra vbi ars eſt ⁊ premiuz ludus appellatur: vt ludus alee quaſi in
ludo preceptore traditus certa diſciplina. Fabius: nec me offẽderit luſus in pueris. Eſt et hoc
ſignũ alacritatis. Tu inquit et formoſus: et ea etate que luſus non aſpernatur: vt propterea ſis
etiam iucundior. O facies: cum duo propoſuerit iucunda in phaone alterum quo magis allicie
batur repetit: ⁊ ingemiſcendo auget. alibi. Ouidius O facies oculos nata tenere meos. In ar
Fides te autem amandi luſus ineſſe oportere oſtendit. Ludendo ſepe paratur amor. Fidem: id eſt cy
thare. Fides autem proprie cythare neruos ſignificat: ſed pro cythara accipitur: vt etiam a
Papi. Tentat audaci fide mãtuane gaudia fame. Fidicula: item neruus eſt: ſed proprie quo ad
tormenta vtebantur. Pro neruo ſimpliciter Tranquillus in Tyberio. Veretris deligatis fidi-
Lyra cularum ſimul vrineqꝫ tormento diſtenderet. Eam enim colligationem Tyberius ad ſupplicij
acerbitatem excogitauerat. Apollo actem lyram a Mercurio accepit: vnde etiam ad amphio-
nem peruenit. Horatius. Mercurij nam te docilis magiſtro mouit amphion lapides canendo
ASLEN. Et pharetram: nam hec duo inſignia ſunt apollis.

¶ Phaon celebrat arua diuerſa: ſcilicet ab aruis noſtris quia arua etne typheidos: id eſt in
qua typheus ſepultus dicitur: ſed calor non minor etneo igne tenet me: id eſt ꝙuis non ſim in
etna: non minus tamen ardeo ſed amoris igne. Loquitur autem quaſi de abſente: cum tamen
ad phaonẽ ſcribat. Et ſiqs dicat cũ cãtatrix ſit optima nihilqꝫ animuz magis leniat ꝙ cantica:
cur nõ occupet ſeſe carminibꝰ: Rñdet carmina nõ ampliꝰ ꝓuenire: qr neqꝫ pierides. i. poetici
furores ſubeunt. i. latent ſubintrãt pectora: nec puelle dryades. i. dee nemoꝝ q̃ nos ad cantũ ꝓ
uocare ſolẽt: nec amice quaꝝ recordatio etiã cantilenã excitare ſolebat ſubeũt. qr vilis amitho-
ne ⁊c̃. Vilis mihi candida. i. lꝫ candida cidno. ⁊ declinaẽ hec cidno huiꝰ cidnꝰ: ſic ſappho ſap-
phus. Atqꝫ alie centum quas hic ſine crimine amaui: ergo priores cuz crimine: niſi ſit amitho
ne cidno atthis atqꝫ alie centuz quas omnes ſine crimine amaui: mihi viles ſunt. O facies. Co
micus dicit. O faciez pulchrã. tribus eniz caſibus iungitur O. Cetera conſtant. dummodo no
rit puer gnoſida eſſe patronymicum a patria: quod declinatur hec gnoſis huius gnoſidos ⁊c̃.

DOMI. ¶ Accedant capiti cornua: ba-
chus eris: cur Bacchus cornua
geſtaret: ⁊ cur bis pingeretur vn?
Diodorus ex omnibus ſcriptori-
bus quos legi: probabiliorẽ ex hi

Accedant capiti cornua: bacchus eris.
Et phebus daphnẽ: ⁊ gnoſida bacchꝰ amauit
Nec norat lyricos illa: vel illa modos

At mihi pegaſides blãdiſſima carina dictant
Jam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus alceus conſors patrieq̃ lyreq̃
Laudis habet:q̃uis grandius ille ſonet.
Si mihi difficilis formam natura negauit
Ingenio forme damna rependo mee.
Nec me deſpicias ſi ſum tibi corpore parua.

ſtoria tradidit rationem. ita eniʒ in quarto hiſto.ſcribit. Traditur amon galea in bellis vſus: cuius inſigne fuerit arietis caput. ſunt qui ipſum dicãt in tẽporibus par uula habuiſſe cornua: propterea filius eius bacchus eodem fuiſſe aſpectum: poſteriſq̃ traditum de um:hunc cornua geſtare. Unde ⁊ bacche Bacchi cornua

enim.i.cornigere di cunt.quod numinis perſonã imi tantes cornua ſumebant. Et phe bus daphnem:et inquit forme dignitate accedis ad bacchum et apollineʒ: tamen,non ſum a te ſpernenda. Nam vterq̃ deus puellam amauit me inferiorem Daphnẽ Ladonis vt amphonius ſcribit filiam:vt noſtri aiunt penei. vt Parthemius in volumine:quod de amantibus compoſi tum eſt Amiclei filia fuit. Sed ne per vim deus ſtuprarent. Juppiter in laurum conuertit:que arbor idcirco apollini grata eſſe exiſtimatur:quoniam vt ſcribit Plinius in parnaſo monte ſpe ctatiſſime vireat. Unde apollo daphnites apȯ ſyracuſanos colebatur:vt eſychiꝰ refert. Daphne oppidum Sirie:vt refert Stra. Daphnẽ preterea amauit Leucipus denomai filius: vt ſcribit Pauſanias. quaʒ cum habitu muliebri cognitus in venatione ſequeretur: proditus eſt ſexu ad Ladonẽ dũ lauaret:et necatus a virginibus. Et gnoſida:gnoſus vrbs Crete in plano ſita am bitu.xxx.ſtadiorum emporiũ habuit Heraclium:creatuſq̃ antea appellabatur a prelabẽtis flu uij nomine. Regia minois patris ariadnes:q̃ rapta eſt a Theſeo:cui iopioneʒ et ſtraphilum pe perit:vt nonnulli ſcribunt. Et ne fabuloſa diu conſecter:locum tantum plutar.male in latinum conuerſum emendabimus:ne aliquis litterarum grecarum ignoratione teſtimonium ex eo ſcri pto accipiens:falſa aliquando et ridicula pronunciet quod multis accidiſſe video: vbi in The ſeo de Ariadne omnem grecorum ſcriptorum turbam citat:

Daphne

Gnoſus

Ariadne

quem locũ ita latinũ facere potes Grauis eñi eũ domabat amor panopeidos eleges:hunc autem verſum ex heſio piſiſtratum exe miſſe ait Nereas megarenſis:queadmodũ contra euocationi manium homerice idem inſeruit Pirithoũ Theſeũq̃ deorꝫ iuſtiſſimã prolem:vt id gratificaretur athenienſibus.quũ autem hec ipſa verba quidem tranſtulerit:plane cognoſces ſi aliquando Theſei vitaʒ in manibus ſumes: vbi ita ſcriptum reperies.grauiter eñi amores egelidis Theſeus excutiebatur: hoc verbum vt nerea megarenſis refert ab heſiodo piſiſtratus remouit:queadmoduʒ alias Homeri funeralia inuadens theſeum:pirithoumq̃ deorꝫ generoſam prolẽ exemit:vt athenienſibus rem gratã cõ ficeret. omitto hiãtẽ cõpoſitionẽ verba inculta. Non ne ſenſũ totũ inuertit: quum cõtraria trã ſtulerit.omitto infinitos pene illius errores cum in hac vita theſei:tum in alijs:non enim eum accuſabo quẽ nolo agnomaire. Tu auctorẽ noſces:ſi inſpexeris indicem a quo theſei vita tradu cta ſit. Sed vt ad amorem Bacchi et Ariadne redeamus:omittamuſq̃ multa que plutarchus ſcri.Diodo.tradit. Theſeum eã reliquiſſe in nato admonitũ per ſomnũ: et quidẽ minis a Bac cho:vt ea dimiſſa inde abiret. Bacchũq̃ eam tuliſſe in montẽ qui appellatur dryos. Naxuʒ in ſulam prius ſtrongylẽ dixerũt antea diã dictã cum ducẽtũ annis tenuiſſent Thraces:cares de inde occuparunt ex lamia aduecti quibus naxus polemonis filius imperans pro dia a ſe naxõ nuncupauit. Strabo Diã appellat. Oui. Die telluris ad horas.alibi. Qua breuis equoreis dia feritur aquis. Modos lyri. forme damna doctrina emendat qua potiſſimum gloriatur. Pegaſi des:de pegaſo et muſis lege que luculentiſſime dictauimus in eũ verſum Oui. pegaſis Denõe phrigijs celeberrima filuis:cũ ſuperiori anno Heroidas profiteremur. Dictant: nã muſe mihi ſcribenti dictare carmina videntur. Dictare autẽ eſt enũciare quod alius excipiat. vnde dictata non in litteris tãtum ſed in alijs quoq̃ artibus appellamus:vt illud. peragit dictata magiſtri. et gladiatores meditantur dictata laniſtie. Frequentatiuum autẽ eſt a dico. Nam que docemus ſepe inculcamus:vt penitus exipiantur et edificantur. Ne:plus. Alceus: alceus omphales et herculis filius. Alceus athenienſis tragicus:alceꝰ comedie veteris ſcriptor:a q̊ edite ſunt.x.fa

Naxos

Dictare

Alceus

Staſiotica

bule. Alceus mitileneus fratrē antimenidem habuit quē a virtute bellica laudat. Oppreſſa aūt patria tyrannis poemata lyrica aduerſus eos edidit: que ſtaſiotica. i. continentia ſeditionis in ſcribūtur: propterea aureo plectro dignus cenſet: elocutione magnificus et diligens: ſed ad luſus et amores deſcendit: cum tñ eſſet maioribus aptior. hec ex diuerſis ſcriptoribus grecis et fabio accepimus. Dora. et te ſonantem plenius aureo alcee plectro. Conſors patrie. Nam et ipſe Mytilenus fuit: conſors lire: et ipſe lyricus. hunc vt ille ait Neuius delectauit in facie pueri. Grandius: nam vt diximus ex Fabio magnificus eſt eloquentia: et grandiloquus ſappho ſe īferiorem eſſe negat: quia ſcilicet tantum aſſequatur ſuauitate carminis: quantum ille granditate. Si mihi difficilis: omnia ſingulatiȝ diluit que obijci poterant: vt non amaretur: aliaqȝ exemplis defendit: alia ratione contraria. Incipit ab eo quod firmiſſimum eſt in aduerſario: qđ formoſa non ſit: quod diluit: et transferendo crimen in naturam: que ſibi forman negarit et opponendo ingenij laude que plus amari poteſt q̄ ipſa forma:. Nec me deſpicias: hic oſtendit quomodo rependit et repetat. Nam breuicatem forme fame: vt ait celebritate extēdit: q̄p q̄p alluſio videri poteſt: non debuiſſe maius corpus formari ſub biſſyllabo nomine et breui: vt quod certa ratione excuſare non poteſt ingenua quadam vrbanitate eleuet.

ASLEN.

¶ At mihi pegaſides. Natura magiſtra qua quiſqȝ re maxime preſtat ea ſe potiſſimum commendat: vt ſappho hic ab arte poecita et muſica vena. Pegaſides ſunt muſe dicte que poetis et poetrijs carmina dictare: ideſt ſcribenda pronunciare finguntur: q̄ mortalibus ignota aut tanq̄ ignota a poetis produntur. Ingenio forme: vnde ille ingenio pollet cui vim natura negauit.

DDMJ.

Candida ſi non ſum: andromede Cephei ethiopum regis filia a perſeo notiſſima fabula amata eſt et ipſa liberata. nullis precibus parētum potuit retineri: vt ſcribit Hyginus: quo minus perſeum liberatorem ſequeretur: relata in celum minerue beneficio: veſtigia vinculorum quibus expoſita fuit monſtro etate ſua permanſiſſe ſcribit Plinius. in iope portu: vbi illud monſtrum fabuloſum celebratur: cuius oſſa Romā relata fuiſſe ideȝ eſt auctor. alibi Ouidi. Andromedā nigris perſeus portauit ab indis. Andromede preterea liberta iulie auguſte paruitate corporis inſignis. Nam duos pedes non exceſſit: et palmum. De perſeo multa recitauimus in grecis auctoribus in cōmē. ſiluarum in eumverſum. fluctiuagus volucrem comebat perſea dictis. illō adde quod pherecides ſcripſit perſeum argos redijſſe cum Cyclopibus matre Danae et andromede vxore. Et cum patrem ex lariſſa accerſeret iactu dicit eum vulneraſſe: mortuumqȝ humaſſe ibidem.

Andromede
Perſeus

Et Varijs albe. Ariſto. in ſeptimo de hyſto. animalium docet que animalia inter ſe amica ſint: que item inimica. Unde Pli. finem decimi natu: hiſto. traduxit eo capite: vbi agit de amicitijs et inimicitijs animalium vbi ita ſcribit. Rurſus amicis pauones et colūbe turtures et pſittaci merule et turdi: cornix et ardeole vbi qđ de turture et pſittacho ſcribit et ſe tradit: ab Ariſt. certe non accipit. Oui. idē ī pſittacho cortynne. Oēs q̄ libido labratȝ in aere curſus. Tu tñ ante oēs turtur amice dole. Plena fuit vobis omni concordia vita. Et ſtetit ad finem lōga tuaqȝ fides. Ariſtoteles in ſeptimo de hiſtoria animalium latius ſcribit.

Ait ariſto. Plinius pſittachū dixit: queādmodū quod Plinius tradit eodem li. de egitho et aſino. Ariſtoteles de acatide et aſino ſcribit non de egitho: cuius alias memini. Hic Sappho oñdit alioȝ amātiū exemplo ſe: q̄uis nigra ſit a phaone cādi-

Menſuramqȝ breuis nominis ipſa fero.
Candida ſi non ſum: placuit cephei a perſeo
Andromade patrie fuſca colore ſue.
Et varijs albe iunguntur ſepe columbe:
Et niger a viridi turtur amatur aue:
Si niſi que facie poterit te digna videri:
Nulla futura tua ē: nulla futura tua eſt:
At me quum legeres: etiā formoſa videbar.
Unam iurabas vſqȝ decere loqui.
Cantabā memini meminerūt oīa amantes.
Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas

Hoc quoqȝ laudabas: omniqȝ a parte placebaȝ
Sed tunc precipue quum fit amoris opus.
Tūc te plus ſolito laſciuia noſtra iuuabat
Crebraqȝ mobilitas aptaqȝ verba ioco
Atqȝ vbi iam amborū fuerat confuſa voluptas
Plurimus in laſſo corpore langor erat
Nunc tibi ſicilides veniunt noua preda puelle
Quid mihi cum leſbo: ſicilis eſſe volo.
Nec vos errorem tellure remittite noſtruȝ
Neſiades matres: ſicilideſqȝ nurus.
Nec vos decipiant blande mēdacia lingue
Que dicit vobis: dixerat ante mihi
Tu quoqȝ immittis celebras erycina ſicanos

do amari poſſe. Cuȝ aues diuerſorū generū ⁊ coloris naturali quādaȝ iungant amicitia: vt columbe ⁊ pauones. Iungunt varijs: ſcilȝ auibus. aues aūt varie ſunt pauones varietate colorū diſtincti. Nā de his omnino eſt intelligēdū: cū diuerſi generis ꝯiungant: vt etiā pſittachus ⁊ turtur: qđ ſequitur. A viridi aue: a pſittacho: qui et in dia mittit: viridis toto corpe: vt ſcri. Pli. Torque tantuȝ miniato. de pſittacho plura leges apđ Pliniū. x. natu. hiſtorie: eundē ariſtoteles pſittacen appellat genere feminio. Nulla futura tua eſt: prior pars hu' verſus ſub conditiōe ꝓfertur: altera ſub affirmatōne. Si inquit nulla tua eſt futura: hoc eſt nullam amabis niſi que facie: id ē preſtantia forme poterit videri digna te. i. cōuenire forme tue. Nulla futura tua eſt: affirmādo negat id eſt nullam omnino amabis. Nulla enim tam formoſa ꝙ tu: tū precipue his verſibus laſciuiā ſuam ingenue profitetur ⁊ ſe tribadem fuiſſe vnde impudicos corporis motus didicerat: ⁊ ille cebritate gānitus.

Pſittachus.

Cum leſbo. leſbos inſula quaſi metropolis eolicarū vrbium nobilis vineis ⁊ vini preſtantia: nomen ſortita a leſbo lapiti filio hermete: prius iaſia pelaſgia ethiopie egira macharia deniqȝ appellata eandem macharos aedos. i. macharis vrbem per circundictionē dixit Home. quo loco Crates ariſtarchus et Euſtachius ambigunt quem locum poeta deſignet. Strabo in octauo Leſbon affirmat. Machar enim inſulam tenuit ante leſbon regē: quod etiā Diodo. tradit ꝙuis eum Machareum nominet: huius filie fue. e Methymne et Mytilene: a quibus due in inſula vrbes cognominate ſunt. Patrie autem charitatem ſappho amori poſtponit. Nec vos ergo qui amoreȝ legunt ſenſum non percipiunt. Et planete cognomen inepte huc transferunt.

Leſbos

Remittere eſt condnare: vt remiſi tibi iniuriaȝ: id eſt condonaui. Remittere ideȝ eſt ad negligentiam deſcendere: vt animum remittere dicimus cum deponimus curas et negligimus: cui contrariuȝ eſt intendere ex trāſlatione ab arcu. Monet itaqȝ ſappho ſiculas mulieres: ne remiſſe ⁊ negligentes in errorem labantur putantes ſoli et patrie mutatione phaonem eſſe ſui diſſimilem. nam ait idem eſt: et tam idoneus ad decipiendum ꝙ fuit in leſbo cum me decepit. Nec me mittite: nec condonate errorem noſtrum. Tellure: quia phaon tellurem mutauerit. Que d. u. per rationeȝ ſubiungit.

Remittere

Neſiades. m. neſis inſula campanie cuius meminerunt papian' et Lucanus niſeidē: ſiue niſidem dixerunt ſcyllam poete. Ouidi' in remedijs. Preterita cautus neſide nauita gaudet. Tu loca nimium grata fuere caues: vt legere poſſes neſcides matres: id eſt ſicule media ſyllaba per ſinereſim producta. Neſa preterea regio eſt iuxta etnam mōtana: vt Stra. ſcribit. cum ergo ante dixerit ad etnam eſſe phaonem: appellat mulieres ſiculas neſiadas a regione proxima: hec ſententia magis placet.

Neſiades

Sicanos immites: ſicano rege appellatos ſiculos: de quo hiſtoriam lege apud Dionyſium alicar. in. id eſt vnde ſoli. quedam accepit Thucidices quoqȝ in ſexto hiſtoria. plura ſcribit.

Sicani

Immites: crudeles in me: cum retineant phaonem delitias meas. Nam eſt epitheton non perpetuum ſiculorum: ſed conueniens preſenti effectui ſapphus.

Ericyna: de felicitate templi veneris ericyne et de mulieribus eius miniſterio dicatis diximus in commentarijs ſyluarum. Inuocat autem Venerem quoniam poete qui amatoria ſcribunt ſunt in Veneris tutela: vt plato ſcribit. Poeſim dicatam eſſe muſis. ſed amorem Veneri. et Papi. de ſtella ad Venerem. Dic tibi plectra dedit mitiſqȝ incedere vates maluit.

Erycina

ASLEN. ¶ Menſuram nominis: quia biſſyllabum habet nomen quaſi preſagio quodam inditum ſit ſicut hippolyto quia equis ſoluēdus: vnde dici ſolet Conueniunt rebus nomina ſepe ſuis. Cā-dida ſi non ſum. docet exemplis quod ille monet qui dicit. O formoſe puer nimium ne crede colori. Alba liguſtra cadunt vacinia nigra leguntur. Et varijs: id eſt varioꝝ celorum columbis. Et niger a viridi turtur ꝛc. Eſt ergo turtur ſub incerto articulo epicenum dum ſignificat. nam de piſcibꝰ dicit plautus obuſtos turtures genere maſculino: quod ſequemur. Si niſi que facie vt laudari mereatur illud laudat a forma vultus. quod autem bis dicit nulla futura tua eſt: ſic conſtruitur. Si nulla futura eſt tua: ſcʒ amica aut coniunx: niſi ea que poſſit videri facie: id eſt per faciem: digna te: nulla eſt futura tua: quia nullam talem inuenies. At me cum legeres: id eſt eligeres. Cum ſit amoris opus: cum impudicitie notata ſit mulier ſatis impudice laſciuiam ſuam fatetur. quod in muliere pudica indecorum foret. Puelle ſicilides: id eſt ſicilienſes. ſic maro. Sicilides muſe paulo maiora canamus ꝛ cetera. Nec vos errorem. Ordo eſt. Nec vos o matres neſiades: id eſt que neſam regionem iuxta etnam colitis: ꝛ nurus: id eſt ſponſe aut ma-trone ſicilides: remittite: id eſt condonate ꝛ abolete noſtrum errorem: ſcʒ ꝙ phaonem amauimꝰ aut quem phaon in nos cōmiſit tellure: id eſt ꝓpter tellurem hoc eſt nolite excuſare errorē no-ſtrum propter terraʒ dicentes videlicet nos ſtulte amaſſe: quia phaon non eſt de patria mea ſicut eſt de veſtra: et ita vos non errare que eum in patria ſua amatis ꝛ retinere poteſtis: quia que dicit vobis dixerat ante mihi. Tu quoqʒ: implorat auxilium veneris cuius preclarū erat in Eryce monte ſicilie templum: eiuſqʒ ſe vateʒ dicit eo ꝙ ſepe laſciuos cantauerit amores. Oſtendit preterea qđ ꝛ ſuperiores fere heroides maloꝝ ſuoꝝ ſeriē quaſi generi ſuo fatalem.

DDDDJ. ¶ Vati conſule diua tue. An grauis: nimirum inquit in hanc calamitatem delapſa ſum: quo-niā facti tenor ꝛ ſeries que mala in me eſſe cepit non deſinit. An non tam interrogantis eſt ꝙ̄ ſucceſſentis ꝑtinacie fatorum. Alibi Briſeis. An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget. Nec venit inceptis mollior aura meis.

Natales. Natales anni: a ſexto inquit anno ꝑ mala tanq̄ per articulos producta ſum. Natales pro conditione ortus ꝛ generis. Iuuenalis vero ꝓ celebritate diei nata-lis protulit. Palmam inter dominas virtus natalibꝰ equat: id eſt non aliter ea victoria exhila-ratur ꝙ̄ diei natalis celebritas. Sed plura illic leges in cōmentarijs. Hic natales pro annis accipiunt. Tot enim dies natales celebrant quot angunt anni: ꝛ victoria illa apud Iu. ſingu-lis annis tanq̄ dies natalis colitur. Oſſa lecta: Seruius neſcio quis parum vtiliter ſe grāma-ticū profeſſus: illud Virgilianū exponens. Oſſa ꝙ lecta cado fabuloſum confingit amorē. Ne-ſcio quid ambigit. Legebantur oſſa: id eſt cineres cum flāma rogi ſubſederat: non ꝙ eligerent vt ille putat: ſʒ colligebant. Hoc aūt verbū eſt pōtificale: ꝛ ex lege. xij. tabularū lex hoc carmie ſcripta erat. Homini mortuo ne oſſa legito quo poſt funꝰ facit. Arſit inops frater. Sapho tris fratres habuit: vt añ dixímꝰ: Lari cū: Eurigiū Charaxū q̄ Rhodopē meritriculā amauit. Naz xātbus Samiꝰ Rhodopē puellā thraciā

Rhodope in egyptū detulit: q̄ antea Cāmo-nij ſeruierat vna cū Eſopo fabula-rū ſcriptore: ibiqʒ ꝓſtrabat illece-briſqʒ meretricijs magnū fecerat queſtū adeo: vt ſtrabo ꝛ plinīꝰ ſcri-bebant Pyramidē ab ea fuiſſe ere-ctā: qđ tñ Hero. tēpoꝝ rōne refel-lit: quū alioquin ingentes opes il-lius fuiſſe ꝯcedat. teſtimoniūqʒ af-ferat ex decima ab ea ꝓſoluta ve-rubꝰ ad torrēdos boues delphis dicatis. Tā aūt grate libidīs fuit vt ī grecia eiꝰ nomē celebre fuerit vt poſtea arcidices q̄ tñ ad illiꝰ fa-

Charaxus mā nō acceſſit: charaxꝰ cū vinū leſ-biū ad naucratim cōportaret eius amore captꝰ ē: redemitqʒ in liber-

Nam tua ſum: vati conſule diua tue.
An grauis inceptum peragit fortuna tenorem?
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo?
Sex mihi natales ierant: quū lecta parentis
Ante dieʒ lachrymas oſſa bibere meas
Arſit inops frater: victus meretricis amore.
Mixtaqʒ cūʒ turpi damna pudore tulit
Factus inops: agili peragit freta cerula remo
Quoſqʒ male amiſit: nūc male querit opes
Me quoqʒ ꝙ monui bene multa fideliter odit
Hoc mihi libertas: hoc pia lingua dedit;
Et tanq̄ deſinis que me ſine fine fatigent

Accumula curas filia parua meas.
Ultima tu noſtris accedis cauſa querelis
Non agitur vento noſtra carina ſuo?
Ecce iacent collo ſparſi ſine lege capilli.
Nec premit articulos lucida gemma meos
Veſte tegor vili: nullum eſt in crinibus aurum.
Non arabo noſter roꝛe capillus olet.
Cui colar infelix aut cui placuiſſe laborem?
Ille mei cultus vnicus auctoꝛ abeſt.
Molle meum leuibus coꝛ eſt violabile telis.
Et ſemper cauſa eſt cur ego ſemper amem.
Siue ita naſcenti legem dixere ſoroꝛes
Et data ſunt vite fila ſeuere mea.

tatem grandi pecunia: tãdem ipſe in patriam eſt reuerſus puella in egypto pmãſit. Sappho vt Strabo ſcribit eam Doꝛicam appellat addens id quod ipſe quoqꝫ fabuloſum eſſe ait: de calceo ab aquila delato memphim. quod ſi voles leges i.xv. illius operis. Inops: redempta in libertatem meretricula. Male: turpiter ⁊ per infamiam. Male querit: magno diſcrimine ⁊ incõmodis. Monuit multa: imo lacerauit fratrem multis carminibus: nec tantuꝫ vt ſcribit Hero. in ſecũdo hiſtoꝛiarum. eucharoꝫos ⁊c.

Lingua pia: ab eo loco qui preter ſpem dicitur et miſerationem mouet ⁊ fratrem trahit in odiuꝫ: cũ ſibi aliter eueniſſe oſtendit q̃ opoꝛtuerat. Filia parua: hanc peperit Cercyla Andrio coniuge iam moꝛtuo puella: que appellabatur Cleis: quod Suidas ita ſcribit kai thytatera epeus atrex ytoycbleis onox maſre ⁊c.

Non agitur: per interrogatiõem legendum eſt: nam cum pꝛopoſuerit foꝛtunam aduerſam in ſe pertinacem eſſe enumeratis ſingulis incõmodis quaſi pꝛobauerit quod pꝛopoſuit per interrogationem acclamat. non ne noſtra carina id eſt noſtre foꝛtune curſus. Agitur: perſeuerat: ſuo curſu: ſua pertinatia ⁊ ſerie maloꝛum. nam ad id fertur: quod dixerat. An grauis inceptum peragit foꝛtuna tenoꝛem. Et manet in curſu ſemper acerba ſuo. non agitur interrogatiue: quaſi dicat agitur: nam eſt ita interrogamus non feci: perinde eſt ac ſi diceres feci. Vel nõ potui abꝛeptum diuellere coꝛpus. cum autem dicimus egi negamus. Ecce iacent: miſericoꝛdiam mouet ab habitu. Capilli ſparſi: ſine lege mulieribus foꝛtune miſeratio ſparſi capilli ⁊ funebꝛis pꝛope doloꝛ. Sine lege: incompti ⁊ ſine oꝛdine. Nec pꝛemit articulos: annulum etiam inquit depoſui. Nam in doloꝛe abijciebatur etiam a viris quod fecit omnis nobilitas quum Gne. Fla. Libertino patre edilis creatus eſt a Caio petilio conſulis filio pꝛeterito. equites vero non annulum: ſed phaleram deponebant in meroꝛe publico. Aurum in crinibus: Homerus in.xvij. Iliados ſcribit. Euphoꝛbum panthi filiuꝫ habuiſſe implicitos crines auro ⁊ argento. pꝛopterea Plinius dubitat an vſus auri inceperit a viris an a mulieribus: cuꝫ de viro illud Homerij affirmet: nec antiquitus extet in muliere exemplum: ipſe tamen Homerus carmen non indicat: nec nominat Euphoꝛbuꝫ. Roꝛe arabo: id eſt myrrha qua vncti crines myrrhei dicuntur. Hoꝛatius. Dic ⁊ argute pꝛoperet neere myrrheum modo pꝛohibere crinẽ: de myrrha alibi diximus. Siue ita naſcentes: ex diſciplina mathematicoꝛum qui dicunt hominem ſoꝛtiri vitam ab ineunte etate. Soꝛoꝛes: parce que tres ſunt noto carmine Heſiodi ⁊ noſtroꝛum conſenſu pꝛo fatis ab Home. accipiuntur. Ros arabus.
quod Plato quoqꝫ in legibus oſtendit.

¶ Sex mihi natales. oꝛdo e. Sex natales. ſ. dies. i. ſex ãni ierent. i. tranſierant mihi cũ oſſa pentis. i. patris mei lecta. i. collecta ex rogo: bibere meas lachꝛymas: quas. ſ. infudi: ante diez i. maturũ tpũs. Sicut. Sed cadat ante diẽ. Enei. iiij. Quaſqꝫ male amiſit nũc male q̃rit opes. Id vſu venire ſolet vt in filio pdigo nobis depinxit ſaluatoꝛ. Et iõ qꝛ vt dicit alibi. Nõ minoꝛ eſt virtus q̃ querere parta tueri. monendi ſunt iuuenes ne ſua dilapident aut pdigant. Ecce iacent: vt cõmiſerationem excitet recitat negligentiã cultus ſui. Roꝛe arabo. i. myrrha. dicit aũt hic arabus. a. um. ⁊ arabs: ſed hic gentile nomen pꝛo patrio vſurpauit. i. pꝛo arabico. Coꝛ eſt violabile ⁊c. hic patet monoſyllabum coꝛ aliquando pꝛoduci. ASCEN. Coꝛ

t

Siue abeūt ſtudia in mores arteſq; magiſtras.
Ingenium nobis molle talia dedit.
Quid mirum ſi me prime lanuginis etas.
Abſtulit adq; amni:quos vir amare poteſt?
Hunc ne pro cephalo raperes aurora timebam
Et faceres:ſed te prima rapina tenet.
Hunc ſi conſpiciat:que cōſpicit omnia phebe.
Iuſſus erit ſomnos cōtinuare phaon.
Hunc venus in celū curru vehiſſet eburno.
Sed videt ⁊ marti poſſe placere ſuo
O nec adhuc iuuenis:nec iam puer vtilis etas
O decus atq; eui gloria magna tui.
Huc ades inq; ſinus formoſe relabere noſtros
Non vt ames oro:ſed ꝙ amare ſinas.
Scribimus ⁊ lachrymis oculi rorantur obortis
Aſpice ſit quātum hoc multa litura loco
Si tam certus eras hinc ire modeſtius iſſes
Et modo dixiſſes leſbi puella valle
Non tecum lachrymas:nō oſcula ſumma tuliſti
Denicq; non timui quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt niſi tantū iniuria:nec te
Admonui qđ tu pignus amantis habes
Non mandata dedi: neq; enī mandata dediſſem
Ulla:niſi vt nolles imemor eſſe mei.
Per tibi qui nunꝙ longe diſcedit amorem
Perq; nouem iuro numina noſtra deas
Quum mihi neſcio q̄s fugiunt tua gaudia dixit
Nec me flere diu:nec potuiſſe loqui
Et lachryme deerant oculis:⁊ lingua palato
Aſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtꝙ ſe dolor īminuit:mea pectora plangi.

DDDJ.

Thalia
Ardalides
Ardalus
Erato
Cephalus
Ebur

¶ Abeūt ſtudia ī mores.i. ſiue formamus mores ſtudij in q̄b⁹ verſamur. Talia:ſtudiū poeticeſ:muſe ardalides ēt appellate ſunt: vt aliq̄d afferamus nō oībus notuȝ: ab Ardalo Uulcani filio q̄ cū ad thoerenios tybiā ⁊ muſas detuliſſet:eas ita appellauit: archades negāt Erato eſſe muſam: ſȝ vatē fuiſſe aiunt: q̄ nupſerit Archadi Caliſt⁹ filio:egyptij tris tm̄ vates colūt ſibillā herofilē ⁊ ſabē. Fila: alluſio ē ad ꝑcas: q̄ vitā hūanā nere dr̄r Seuera:ꝑtiatia. Abſtulit: rapuit allectā in amorē:deiecitq; mentē ⁊ ꝯſiliū. Rapes:nā aurora cephalū cui⁹ amorē capta ē rapuit abduxitq; ꝑ auraſ.oui. Lutea mane videt pulſis aurora tenebrꝭ.inuitūq; rapit:eam deſerta ad pacē reuerſus quā inſcius īteremit:nota fabula Ouidij: ꝑtitiam carmīe in fine artis. Hygi.q̄dam fabuloſiora addit:q̄uis ex hiſtoria videant. Hunc ſi cōſpiciat:alludit ad fabulam Endymionis:q̄ q̄m ꝑm⁹ curſuȝ lune dep̄hēdit:vt ait Pli. dictus ē dilect⁹ fuiſſe a luna queȝ dormientē oſculabaṫ. Hui⁹ ſepulturam oñdi:ait Stra.ad latinum montē Carre in quodā antro vbi eſt mons ꝑiculoum:vt ſcribit Hecateus.plura de h̄ in cōmentarijſ ſyluarū diximꝰ. Iuſſus erit ꝯtinuare ſomnos:curabit'enī luna vt ſemꝑ dormiat phaon q̄ formoſior eſt vt hūc oſculeṫ.nimirū hunc locum accepit Oui.ex poemate ſaphus: nā apud grecum ſcriptorē ita legiṫ.Epiride troutis ſeleneſ ⁊c.

Curru eburno: argenteuȝ currum tribuunt lune poete:quoniā illi argenteum dicatuȝ ſit:vt ſcribit Euſtachius.eburnum veneri. Ebur autem Etiopſibus etiam in precio:qui regibus perſidis vicenos dentes elephantorum ſingulis annis pendebant: vt Herodotus ſcribit. Id autem fuit.ccc.decimo anno ab vrbe condita. Huc ades:blandientis eſt mulieris:⁊ amāter geſtiētis. Roranṫ:guttis humectantur.id enī ꝓpriū

eſt rorare hoc loco nõne dixit aſpice q̃tum multa littura. Hoc loco: hac parte ep̃le: q̃ oblitterata eſt in manantibus lachrymis. Plinius: ꝑfecto in oculis animus inhabitat: ardent: incẽdũtur: humectãt: conniuẽt. hinc ille miſericordie lachryme hoc quũ oſculamur aĩum ip̃m videbimur attigere: hinc fletus ⁊ rigantens ora riui quis ille humor eſt in dolore tã fecũdus ⁊ paratus. Superiorẽ autẽ verſuȝ ita leges mea quidẽ ſñia. Nõ vt ames oro: ſed te vt amare ſinas: Oculi

Lachrymis obortis: interſcribendũ exortis: ita illud virgilianũ de Didone. Atq̃ ſinum lachrymis ipleuit obortis. in ſermone .ſ. ſi tã certus eras: accuſat ruſticitatẽ: q̃ ſe diſcedens ne ſalutauerit quidẽ. Leſbi puella hec erat: appellatio ſine vllo amoris indicio ſalutẽ ſi nõ ꝓprio nomine: vt amicã appellãs dixiſſes. Leſbi puella vale oſcula: ⁊ in ijs ſua eſt laſciuia quũ oſcula columbarũ dixit. Martialis ĩpudicũ oſculũ intellexit: nã colũbe oſculant̃ ꝓprio ritu anteq̃ miſceantur: ratio inquit familiaritatis hoc ordine abs te implẽda fuit: vt ſalutares cũ nr̃a oſcula acciperes oſcula: deniq̃ numera. Quod dolitura fu. nõ timui diſceſſuȝ tuũ: ob quẽ erã dolitura. Iniuria: q̃ .ſ. me deſeruiſti ad cõcubitũ referre nõ placet: eo eñ ſappho alibi geſtit: ⁊ in merore eius memoriã repetit. Nec te admoneat q̃ tu mun⁹ amãtis habes. Cãm oñdit quare munera diſcedẽtibus amicis dari accipiq̃ ſoleãt: vt .ſ. ſint monumẽta amici abſentis: cui⁹ rep̃ſentent memoriã. Sed nec tu inquit reliquiſti mihi aliquid diſcedens preter iniuriã qua ſuȝ deſerta: nec a nobis accepiſti quod te admonere poſſit mei abſentis. Itaq̃ leges: admoneat vt dicat nec te poteſt admonere. Amãtis .i. mei munus qđ habes: nullum eñ diſcedẽs accepiſti ad coitũ referre non põt. Quis eñ ſenſus eſt: nec ego admonui te: q̃ tu habes munus amantis .i. coitũ. Neceſſe eſt ſuperioribus cõueniat. Ubi ait: eũ ſibi nihil reliquiſſe: ⁊ hoc dicat eundem nihil a ſe accepiſſe qđ abſentis monumentũ ſit. Per tibi qui nunq̃: iurat per numina ꝑrima qui ac ꝑmũ inuidiã obijcit: iuro inq̃t tibi ꝑ amorẽ: qui nunq̃ lõge diſcedit: vt ad id referatur: q̃uis ip̃e ꝓcul diſcedas: hic ſꝑ ꝑrim⁹ eſt: nã ſemꝑ amo. Per: ⁊ iurãtis ꝑticula q̃ nũq̃ ſine actio effert̃. Per nã illđ virgilianũ ꝑ tibi ſi q̃ ẽ q̃ reſtet mortalib⁹ vſq̃ intemerata fides. idẽ ẽ ac ſi dixiſſet: ꝑ fidẽ ſi qua ẽ ⁊c. ſȝ ãtiqua ſimplicitate relatiuũ nomẽ q̃ cõſonãt. Quom mihi: ſimplicitate narratõis fidẽ quã iuramẽto parauerat omni ex ꝑte ĩplet. Nã narrat: vt nõ aliter accediſſe credibile ſit.

¶ Siue abeũt ſtudia ĩ mores: q̃ cõſuetudo eſt altera natura: ſtudendũ eſt ergo q̃ꝑrimũ reb⁹ honeſtis: quod ſeſe non feciſſe fatetur ⁊ dolet. Quid mirũ ⁊c. Purgat errorem ſuũ cum laude phaonis: tam eñ illũ formoſum atq̃ amabilẽ ꝑdicat: vt nõ potuiſſet eũ amaſſe in ea preſertim etate: qua etiã ab aurora amari potuiſſet vt cephalus: ⁊ a luna vt endymion: ⁊ a venere vt mars litura a lino ſupinum litum corripitur: vnde ⁊ littera corripi debuit: ſed t. geminatur ſicut in quattuor. quotidie rettulimus. eadem de cauſa. Modeſtius iſſes: id eſt ire potuiſſes aut debuiſſes. Leſbi puella vocatiuus eſt a ntõ leſbis leſbidos. ⁊ ita corripitur vltima que gtĩ caſus a ntõ leſbos produceretur. Deniq̃ non timui ⁊c. Sic. iiij. eneiđ. dido. Hunc ego ſi potui tãtũ ſperare dolorem: et perferre ſoror potero. Quia vt dicit diuus gregorius. Tela ꝑuiſa minus ledere ſolent. Per tibi qui nunq̃ ⁊c. Iuramẽta ſolent a poetis delegi apta perſonis ⁊ negocijs: vt naute per maria: vt palinucus. maria aſpera iuro. Parẽtes per ſalutẽ filiorum: vt per caput hoc iuro per quod pater ante ſolebat. viri fortes per dexterã. ⁊ hic amãs ꝑ amorẽ: quẽ dixit nũq̃ lõge diſcedere: aut quẽ eũ ſibi preſto habet: aut q̃ ſubito puniat perfidos. Perq̃ nouem ⁊c. quia ⁊ ipſa vates per muſas iurat. Quom: antiqui u. in o. vertebant: vt voltis: vortet: vorto. ſȝ nunc volũt tp̃is quum ſcribi: cũ tñ antiqui nunq̃ u. geminarent ſcribẽtes in ntõ: ſeruos dauos auos ⁊c. Nec peccet qui indifferenter cuȝ ſcribat. Planxi .i. percuſſi. Creſcit noſtro merore. vnde ſinon eneiđ. ij. hoc ittachus velit ⁊ magno mercentur atride. grauis enim dolor eſt cum mala noſtra inimicis gaudio ſunt: ⁊ nos illis ludibrio: aut ergo charaxes. ASCEN.

Nec puduit ruptis exululare comis.
Non aliter q̃ nati pia mater adempti
Portet ad extructos corpus inane rogos.
Gaudet: ⁊ noſtro creſcit merore charaxes
Frater et ante oculos itq̃ reditq̃ meos:

¶ Nõ aliter: per cõparationem doloris magnitudinẽ exꝑmit: ⁊ q̃ſi rei ꝓbate cumulũ addidit: pia mr̃: nõ tñ mr̃: ſȝ q̃ pia ẽt eſt: ⁊ vnice filiũ amauit. Corpus ĩane: cadauer vacuũ aĩa. Rogos extinctos: rog⁹ cõſtruebat̃ lignis cõgeſtis ivnum inde ſtrues lignoꝝ dr̃: de quo hoc carmẽ extat legiſ. xij. tabulaꝝ. hoc ne facito rogũ aſcia ne polito. oliȝ DOMI. Rogus

Atqꝫ pudenda mei videatur cauſa doloris:
Quid dolet hec? certe filia viuit ait.
Nō veniūt in idē pudor atqꝫ amor omne videbat
Vulgus: eraꝫ lacero pectus aperta ſinu
Tu mihi cura phaon: te ſōnia noſtra reducunt
Somnia formoſa candidiora die.
Illic te inuenio: quāq̄ꝫ regionibus abſis
Sed non longa ſatis gaudia ſōnus habet:
Sepe tuos noſtra ceruice onerare lacertos
Sepe tue videor ſuppoſuiſſe meos.
Oſcula cognoſco: q̄ tu committere lingue
Apta que conſueras accipere: apta dare.
Blandior interdum: veriſqꝫ ſimillima verba
Eloquor: ⁊ vigilant ſenſibus ora meis.
Vlterius pudet hic narrare: ſed omnia fiunt
Et iuuat: et ſine te non licet eſſe mihi:
At quum: ſe titan oſtendit: et omnia ſecum:
Tam cito me ſōnos deſtituiſſe queror
Antra nemuſqꝫ peto: tanq̄ꝫ nem⁹ ātraqꝫ proſint
Conſcia delicijs illa fuere meis:
Illic mentis inops: vt q̄ꝫ furialis ericto
Impulit in collo crine iacente feror.
Antra vident oculi: ſcabro pendentia topho
Que mihi migdonij marmoris inſtar erat
Inuenio ſiluam: que ſepe cubilia nobis.

terra condebātur mortui etiam apud romanos: ⁊ poſtea q̄ꝫuis cremari inſtitutum ſit multe familie priſcum ritum ſeruabant: vt Cornelij patritij: ex quorum familia nemo crematus eſt ante ſcyllam: q̄ id de ſe iuſſit: veritus ne cadauer erueretur a marinis: nam ipſe. L. Marij ſitas reliquias apud anienē victor diſſipari iuſſerat: hoc eſt quod Plinius ſubobſcure in ſeptimo ſcribit. apertius Cicero in legibus. Gaudet ⁊ e noſtro: monet miſericordiam cum oſtendit fortunam ſuaꝫ ludibrio eſſe aduerſarijs Creſcit: exhilaratur. ſumit: ſumit animos. Quod dolet hec verba. Charaxi inſultantis ſorori: ⁊ acerbe obiurgantis amoris turpitudineꝫ. Filia: ad id refert quod dixit antea ſe non minus dolore: q̄ꝫ que luget filium amiſſum: cui addit teſtimonium fratris. Is enim cum videat tantum eius merorem: quātus in filij funere eſſe ſolet immunēs eā alia de cā dolore: q̄ q̄dē turpis eſt: nō dꝫ inq̄t tātopere angi. nec hic meror ē p filia q̄ q̄dē viuit ſ; āt fuit filia Cercyle ⁊ Sapph⁹. Nō veniūt in idē: eſt p̄munitio eorum que dictura eſt. ſententia ſimplex eadem ſolet pferri cum ratione vt illud in omni certamine qui opulentior eſt etiam ſi accipit iniuriam: tamen quoniam plus poteſt facere videtur duplex eſt: vt illud Terentianum. obſequiuꝫ amicos veritas odium parit. In oratione autem ſententie ſunt tanq̄ꝫ lumina minus crebra apud ātiquos ſed poſtea corrupta eloquentia nimis vſurpate ſunt: quod iuidioſe in ſenecam: vt puto dixit Fabius. Veniunt in idem. ideꝫ non poteſt pudoris habere rationem et dare operam amori. alibi Ouid. Quid deceat non videt vllus amans. Omne vulgus videbat: ſcilicet me ⁊ tamen ſupple ego negligebam: non enim poteram ſeruire pudori cum tam perdite amarem. Tu mihi cura Phaon: id eſt negligo omnes: nec me eorum pudet: tui enim amoris legibus indulgeo. Phaon. Illuc te inuenio in ſomnijs ſaltem te amplector. ſomnia interpretari Plinius ſcribit amphictionem docuiſſe. de qua ſcientia Chryſippus ⁊ Antipater libros ediderunt: vt et interpretatione Antiphontis apparet: qui hec exponebant coniectores ſunt appellati. Non ſatis longa: nam ſtatim expergiſcor: idem Hero ad Leandrum. Me miſeram breuis hec eſt: et non vera voluptas. Quam epiſtolam non eſſe Oui. certa ratione docuimus, nam nec que legitur Paridis ad he-

Sententie

Somnia

Coniectores

lenam:nec q̄ helene ad paridē:nec q̄ Leādri ad hero:nec q̄ herus ad leandrū:nec q̄ Acontij ad Cydippen: aut cydippes ad acontiū ab Oui. vnq̄ ſcripta fuit:quod ipſe aperte teſtat̄.nam ad Marcum ſcribens ait ſe dictaſſe litteras noīe Heroidū. Helene Medee Canaces:⁊ aliarum Q̄s Paris ⁊ Macareus:⁊ qd̄ male grat⁹ Iaſon Hyppolytiq; parens hyppolytuſq; legat nomine vero viroꝝ. Sabinus ep̄las ↄſcrip̄t:qd̄ ibidem teſtatur. Quā cito de toto redijt celer orbe Sabin⁹. Scripta diuerſis rettulit ille locis. ſi ergo ꝑus ſcripſit helena ex Oui. poſteaq; rn̄dit Paris ex Sabino:quomodo poſſunt eſſe Ouidij: nam helena hic non ſcribit:ſed rn̄det. ⁊ paris non rn̄det ſed ꝑor ſcribit. Nimirū he epiſtole adulterine ſunt:⁊ eodem pene ſtilo ab aliquo ſcripte:quo reliq̄ue falſo ad Oui. referuntur. Ora euigilant ſenſibus meis:nō aliter inquit loquor ⁊ exprimo ⁊ ſentio:q̄ ſi vigilarem:nā reliqua corpis ſopita:os vigilat ad verba exprimenda. Senſibus:ſenſus ⁊ ſenſa dixerunt antiq̄:q̄ animo cōcepimus:auctor Fabi. Titan: ſola titea mater: vt nōnulli putant:idem Hyperion a p̄re hyperione. Auctor Dio. Antra nemuſq;:p cōmemoratiōem loci miſeratione̅ facit q̄ locus frequētiſſimus eſt apud Vir. Proſint:lenire p ſit deſiderium meū. Inops mentis:amēs. Ericto:magna celebritate etiā carmine Lucani incantatiōe potētiſſima:ante idem nomē ab Oui. vſurpatū. Pendentia:ſublimia. Inſtar:nō minoris ꝑcij apud me erant. Marmoris Mygdonij: Mygdonia phrygia terminata meridionali latere. vnde Mygdoniū pro phrygio accipim⁹. Papi. in ſiluis de Thiotono mygdonij pilijq; ſenis. Marmor:itē Mygdoniū phrygiū intelligimus:qd̄ ꝑcij magni erat. ⁊ idem ſinaticū dicebat̄:de hoc plura ſcripſim⁹ in cōmen. ſiluarū. Mygdoniā item ↄiungit Pli. quuz macedonia. erat preterea lapis phrygius gleba quedam punicoſa:que vrebatur perfuſa vino apta tingendis veſtibus. Sappho marmori Leſbij non meminit:naz id liuidius erat verſicolores maculas habens.

Epl̄eſque Ouidiane dicant̄

Titan

Migdonia

¶ Quid dolet. ſ. ſoror mea q̄ meos amores olim tam ſeuere taxauit atq; vituꝑauit: certe nō dolet mortē filie:q2 filia viuit. q. d. agnoſco eā amore ꝑditam. Et ſi dicat phaon eā ſibi hunc dolorem feciſſe q2 nō texerat amores:rn̄det nō veniunt in idem pudor atq; amor. Tu mihi cura phaon:docet vt redamet̄ ſe vehemētiſſime amare:ita vt ſicut Terentian⁹ phedra a Thaide et poſtulat:nihil aliud ſomniat:nec vigilans cogitet. Vehemētis aūt amoris indiciū eſt cum ⁊ in ſomnis occurrit dilectus. Formoſo die:q2 luce nihil pulchrius aut amabilius: ⁊ tn̄ q2 per noctem fruit̄ p imaginatiōem p̄ntia amici ꝑfert noctez diei. Legendū puto formoſo nō formoſa: non q̄ diem etiā nocti cōdiſtinctū nō inueniā in feminino genere. Nā Maro dicit lib. v. Poſtera cū ꝑmo ſtellas oriente fugarat. Clara dies ⁊c. ſed q2 vni⁹ vocalis ſic vitat̄ cōcurſus. Committere lingue:vt ſcȝ laſciuius exequat̄:q̄ confeſſio in femina pudica indecora eēt. Cōſueras: pro cōſueueras. nec verſus patit̄ vt ↄſueueras legat̄. Omnia fiunt:etiā coitus. Antra nemuſq; peto tanq̄ nemus. ſic Maro in buc. Iam mihi p rupes videor lucoſq; ſonātes. Ire:libet partho torquere Cydonia cornu. Spicula:tanq̄ hec ſit noſtri medicine furoris. Vt quaȝ. i. vt pote quā furialis ericto. i. venefica ⁊ incantatrix. Illa:aut illius fil'is ipulit. Scabro Topho. ſic in geor. Et Tophus ſcaber. qui q2 ſcaber ⁊ aſper eſt purgādis vaſis cōuenit. Inſtar. i. in ſtatum ⁊ valorē aut equipolentiam:marmoris mygdonij. i. phrygij.

ASLEN.

¶ Coma:ml'tis frondib⁹:trāſlatio ē gr̄a pulchritudinis. Dos erat. i. ꝑciū loci. Grata ꝑus: a mutatōe fortune excitat miſericordiā. Poſitis fron. huius carmis hic mihi ſenſus videt̄:oīa merent:⁊ ſilua:q̄ in doloris indiciū frondes depoſuit:aues q̄ ne vocē q̄dem emittūt ↄquerēdo calamitatē nr̄am:vt eo ſilentio maior dolor deſignet̄. Sola reliq̄ aues ſilent ſola Philomela cōqueritur dolens. ſ. q̄ virū tereū nō potius iterfecerit:q̄ Ityn filiū. Eundē Itylū appellat Catul. Qualia ſub denſis ramoꝝ cōcinit vmbris. Daulias abſumpti fata gerens Ityli. Var. ⁊ nr̄i oēs aiunt Philomelā ↄ̄ſaȝ eē in luſciniā:⁊ Prognē matrē itys in irundinē. Oui. hic accipit p gnem ↄ̄ſam eſſe in philomelā. Qd̄ ꝑterea greci nōnulli tradunt:⁊ Probus grāmatic⁹ in buc. Ver. Daulias ales. Thucydides in. ij. hiſto. ſcri. tereum impium tenuiſſe in phocide:vnde vt ait Philome. a ml'tis poetis Daulias cognominata eſt. Daulia aūt oppidū appellatuȝ eſt a denſitate arbuſtorū. Daulos delum ſignificat. Home. non dauliam ſed daulida ſcri. Stra. Thucydidi aſſentit̄:ſed eū varia ſenſiſſe putat:ait

DDDJ.

Ityn

Itylus

Daulias

Daulia

Prebuit ⁊ multa preſſit opaca coma.

Sed non iuenio ſilue dominūq; meūq;.

Vile ſolū locus eſt:dos erat ille loci.

Cognoui preſſas noti mihi ceſpitis herbas.

enim illū ſcribere reȝ geſtā fuiſſe ad megarā: in q̊ venia dabiſſi thucydidis vbis ītellex: is ei ita ſcri. i. ij. li. biſto. Allomenē daulia ⁊c.

Et in carmine ad liuiaȝ. Talis in vmbroſis mitt; nūc deniq; ſiluis. Defleɂ threiciū daulias ales ityn Nō vlta ꝑus ꝙ potius nō iterficēt tereū maritū q̄ ityn filiū. Hactenus vt media. i. vſq; ad mediā noctem donec oia ſilent. Numen: geniū q tam loci q̄ bois deus eſt

Lotos

Lotos: arbor in aphrica inſignis De q̄ Pli. mlta eius fructu veſcūtur aphrice populi Lotophagi inde noiati obliuionem is cib⁹ facit inde diſcedendi: qđ nōnullis ſocijs ſuis accidiſſe Ulyſſes refert apđ Home. eadē aptiſſima ē. Tibijs inde apđ Prop. Sylliū italicū. Mar. Loton ꝓ tibia expoſuimus: lotos itē vt ideȝ ſcribit herba: q̄ ſubnaſcit deoꝝ voluptatib⁹: eādeȝ dixerūt fabā grecaȝ. De ſex lotis q̄ in edilib⁹ craſſi erāt: vñ nobile illud iurgiū cū. Cn. Domitio referɂ: diximꝰ in ꝯmētarijs ſiluaꝝ Aq̄tica: q̄ gaudet aq̄. alibi Oui. amnicoleq; ſil' ſalices ⁊ aq̄tica lotos. Una ne. i. ſola lotos facit nemus ramis ſuis. Phebus ab excelſo tēplum actiacum qđ in ſinu

Ambratiuȝ ſaxum

ābratio ē petra ꝑrupta eē ferebaɂ vñ q ſe demitterēt i mare amoris flāma leuarenɂ: id egit pria Sappho: tu et Menādri teſtimonio. Stra. affirmat. nā menander ita ſcri. ꝑruptā nacta in trāſitu petrā cupidinis oſtro ꝑcita e ſōno ꝑces ruit ex ani tui ſnia rexipioſe. Alij Cephalū athenis ꝓfugū Deionei in filiū tyrannū acarnanū captuȝ amore ꝑtereale. Diogneti filie ꝑmū id egiſſe autumāt. Oui. deucalioni id tribuit: mos certe patri⁹ Leucadis māſit vtin apollinis ſacrificio ſontē aliquē e ſpecula deijcerēt auertēde numis ire grā: ſȝ pēnas addebāt multiſq; nauicul' cedentē conabāɂ excipe: vt ita ſeruatū ⁊ incolumē ex patrios fines

De noſtro curuum pondere gramen erat.
Quinetiaȝ ramis poſitis lugere videntur
Frondibus: ⁊ mille dulce querūtur aues.
Incubui: tetigiq; locū: qua parte fuiſti.
Grata ꝑus lacbrymas combibit berba meas
Sola vtrum nō vlta prius meſtiſſima mater
Concinit iſmariū daulias alet ityn
Ales ityn ſappbo miſeros decantat amores
Hactenus ⁊ media cetera nocte ſilent.
Eſt nitidus vitreoq; magis perlucidus amne
Fons ſacer: bunc multi numē babere putant:
Quem ſupra ramos extendit aquatica lotos
Una nemus tenero ceſpite terra viret.
Hic ego quō feſſos poſuiſſem flebilis artus
Formoſus puer eſt viſus adeſſe mibi
Conſtitit: ⁊ dixit: q̄ nūc non ignibus equis
Ureris ambracbie terra petenda tibi eſt
Phebus ab excelſo quātum pater aſpicit equor
Acteum populi leucadiūq; vocant
Hinc ſe deucalion pyrre ſucceſſus amore.
Miſit: ⁊ illeſo corpore preſſit aquas
Nec mora iuſſus: amās tetigit letiſſima pyrre
Pectora deucalion igne leuatus erat.
Hanc legem locus ille tenet: pete ꝓtinus altam
Laucada: nec ſapo deſſiluiſſe time.
Ut monuit cum voce abijt: ergo territa ſurgo
Nec grauide lacbrymas continuere gene
Ibimus o nympbe: monſtrataq; ſaxa petemus
Sit procul inſano victus amore timor
Quicquid erit: melius q̄ nunc erit aura ſubito
Et mea non magnum corpora pondus babēt.

mitterē. Phebus: et tēplo ſuo. Acteū: a littore: actiacū a pmōtorio: leges plura de hoc apud Stra. ⁊ Plu. ita ſcri. Acarnania ante curetis ⁊ in ora ipa colonia auguſti actiū cū tēplo apollinis nobili ac ciuitate libera Nicopolitana. ⁊ paulopoſt Leucadia ipſa peniſula quōdā verit: huiꝰ aū meminerat Ho. ex pſona laertis ⁊ affirmauerat Stra. Nec mora ⁊ ſtati letiſſima pectora: q priꝰ ꝯtēnebāt amantē. i. viciſſim Pyrrha cepit amare deucalione vacuū flāma vn̄ ipa torquebat. Abſit cū voce. i. ſiluit: nec poſtea vſq̄ appuit. Timor: deiiciēdi ſe de ſaxo. Quicqd erit: non vult ſibi ominari mortē: ſed tamen eā poſtponit pſenti calamitati. Aura ſubito: per auerſionē miſericordiā monet: cū ⁊ abſētes appellat ⁊ reſpōſuros. Subito corpꝰ cū demittet. Et mea nō magnū: a poſſibili ſeu facili ſuadet potero iqt ſuſtineri: nā corpꝰ leue ē ⁊ ſum parua.

¶ Multa coma. i. frōde q arbor coma eſt. Dos loci. i. decus ⁊ pciū. Querunt. i. querulā vocē edunt: dulce. i. dulciter ac cū dulcedine: vt mirū ſit etiā qrelas in auibus ſuaues eſſe ſicut lachryme i formoſo vultu decore. Sola: ordo eſt. Sola daulias ales. i. auis: vcȝ progne: ſm hunc locū. etn̄s mater meſtiſſima nō vltra priꝰ virū. i. q nō prius aīaduertit in virū q̄ filiū illi epulādū occideret: cōcinit. ſ. qrula: ityn. ſ. filiū biſmariū. i. thraciū. Alles ityn ſup. decātat ab inferiore zeugma. Eſt nitidus ⁊c. Per fantaſiā dicit ſibi ad fontē decūbentē apparuiſſe formoſuȝ puerū: vcȝ cupidinē ſeu amorē cohortantē vt ſe precipitē daret de rupe i mare ambraciū qđ ēt feciſſe legit amoris impatiētia. Fingitur autem is locus eiꝰ nature vt qui ſe illinc precipitem dederit cura leuet amorū: qđ reuera iis cōtingit q ſibi necē concitāt: q mors vltima cura rerū eſt. Ibimꝰ o nymphe. Nā ad fontē dormiēs id dixit vbi nymphe ſp eē putant. Et ſi dicat dubiꝰ eē euētꝰ rei: cū ⁊ necari vero ſimiliꝰ q̄ leuari curis ſit rn̄det. Quicqd erit meliꝰ q̄ nūc erit: q ēt mori meliꝰ erit: q̄ in tali cura viuere: ſed et homero virg. vi. enei. de his q ſeſe interemerūt dicit cū admiratōe: q̄ vellēt ethere i alto: nūc ⁊ pauperiē ⁊ duros pferre labores. Fata obſtāt ⁊c. ASCEN.

¶ Tu quoq mollis amor. cupidinē iuocat nō tā numē ppitiū q̄ ad hiſtoriā alludēs de qua ante dictū eſt. nā leucadii cū ſontē demittebāt addebāt penas ne caſu periret. Ne ſim crimē. i. inuidia ⁊ īfamia. Mortua ſi moriar. Inde chelin phebo. Chelin cytharā dixerūt: qm̄ et chelone. i. teſtudine primū eam formauerit Mercuriꝰ: vn̄ ⁊ teſtudo dr. hi aūt duo verſus dū parū intelligunt erroris cām pbuerūt nōnullis legētibꝰ. Ouid. verſū ad Macrū: vbi cū de ſabini epl'a ſcriberet noīe Phaōis ab Sappho ita ait. Dat votā phebo Leſbis amica lyra. i. ſappho accepit lr̄as a Phaōe eū nō rediturū: ppterea ſe deiecit ex leucade: ⁊ amore liberata dedit lyrā apollini quā ei nūcupauerat. His. ſ. duobꝰ verſibꝰ. Cōia: cōueniētia mihi ⁊ phebo. Poetica a grecis dr ab Herodoto ita ſcribit. Grata: q̄ tuo numie ſeruata ē icolumis ⁊ amore liberata vates tua. Lyrā pmꝰ fecit Mercu. vt aū diximꝰ quā tradidit. Orpheo ex teſtudine: vt Eraſtochenes ſcri. auctore hyginio. Ea relata ē i celū mortuo orpheo fauore apollinis quē plurimū apđ īferos laudauerat. ⁊ volūtate iouis q id cōceſſit Calliope filie: matri orphei. Leſbides eqree: ⁊ hac appellatiōe miſerationē mouet: dū ſe veteri voluptate carere oñdit: ⁊ iocūdā oli cōſuetudinē abdicat auſit flectū cōpoſitione: vno verbo ſepe repetitio quod non modo ad lachrymas facit: ſed ad indignationē aliquādo. Equore inſulares: appellat autē priꝰ diſcipulas: quas oli erudiebat: i his tres claruerūt: vt āte diximus: deinde eas in quarū amore īfamia libidinis nō caruit: de quibꝰ ſuidas pros aceda volene ſenchicreas ⁊c. Eolia. i. leſbia: nā leſbos īſula eolica eſt. imo eolicarū ferme vrbiuȝ metropolis: vt ſcri. Stra. q auctor eſt eolicam gentem magnaȝ fuiſſe et per totam ferme greciam euagatam. et Diony. eolidem inſulam appellat le. bon: vnde ⁊ lingua eolica originem ſortita ē. Leſbides

DOMI.

Chelis

Lyra

Tu quoq mollis amor penas ſuppone cadenti
Ne ſi leucadie mortua crimen eque.
Inde chelin phebo cōmunia munera ponam
Et ſubuerſus vnus ⁊ alter erit.
Grata lyram poſuit tibi phebe poetica ſappho
Conuenit illa mihi: conuenit illa tibi.
Cur nunc actiacas miſerā me mittis ad oras
Cum profugum poſſis ipſe referre pedē:
Tu mihi leucadia potes eſſe ſalubrior vnda
Et forme meritis tu mihi phebus eris.
An potes o ſcopulis vndaq ferocior illa:

infamē nunc concubinas ſuas ap-
pellat Teleſippam Megarā ⁊ At
thidā:ita lege hunc verſum. Me
miſerā:dixi ꝙ modo pene meꝰ: vt
cōiungas ꝙ pene dixi meꝰ phaō.
Pectus ne agreſte:pectus frequē
ter ꝓ aīo apud poetas. Caput pro
vita. Caput āt operiri aſpectu ma-
giſtratū nō veneratōis cā iuſſerūt
antiqui : ſed vt Varro. auctor eſt
valitudinis:quo firmius cōſuetu-
dine ea fieret. Pli.idē repetit qd
autē cā valitudinis fuit inſtitutū
adveneratione traduxius. Plu.ve
ro in q̄ſtionibus ad hiſtoriam hoc
refert. Nā querit.diati tus theus
⁊c.

Pectus
Caput

ſcur quom deos adorāt caput ope
riūt:quom vero incidūt eā hoīes
veneratiōe dignos etiā ſi forte oꝑ
tū habuerit caput operiūt. deniq̄
ait īſtitutū:vt ita deos veneremur
cooꝑto.ſ.capite ⁊ palliato ab Enea
q̄ inter ſacra caput oꝑiuit:ne Dio-
meſtē hoſtē videret.quom āt deoꝝ
at hoīes ꝯ aꝑto capite venerāt:ne
eodē cū dijs honore cenſeri videā
tur. Caſtor addit neſcio q̄d pytha-
goricū:ꝙ illic leges quomvelles.
Si ſapes:ſi hūanitatē ⁊ rectū offi
ciū retieres:⁊ me moſſes delitias
tuaſ. Si reddis.i.ſi cogitas d̄ redi
tu. Votia mūera:ſoteria. Ratē:vt
ex ꝑte totū intelligamꝰ: vel ex ſpē
genꝰ: vel ex p̄cedētibꝰ ſequētia li-
beriꝰ eē poetis ꝙ oratoribꝰ.nā ora
tores mucronē q̄dē dicūt ꝓ gladio
⁊ tectū ꝓ domo.nō tn̄ puppi ꝓ na-
ui.vel abietē ꝓ tabellis:nec ferrū
pro ſpiculo:nec q̄drupedē ꝓ equo
Venꝰ orta mari.ita Hero. Qd̄ tie
as nō eſt auſa Venus ipā fauebit.
Sternet ⁊ eq̄reas equore nata vi-
as. Ex ioue venus creata ē. grē lu
cina diana:eiuſq̄ tutele data ē ma
tura virginū etas.munita ī nuptia
rū ritu a locis q̄ tenuit Erycia.pa
phia in lyra Cytherea dicta ex ma
ris ſpuma nata dicitur:notiſſima
fabula:ſed cum quattuor veneres
tradiderit antiq̄tas:hec ē ſcd̄a quā
exeuntem mari anadiomenem ap-

Soteria

Venus

Si morior titulum mortis habere mee.
O quāto melius iungi mea pectora tecū
Quam poterant ſaxis precipitanda dari
Hec ſunt illa phaon:q̄ tu laudare ſolebas
Viſaq̄ ſunt totiens ingenioſa tibi:
Nunc vellem facunda forē:dolor artibus obſtat
Ingeniumq̄ meis ſubſtitit omne malis.
Non mihi reſpondēt veteres in carmina vires
Plectra dolore tacent:muta dolore lyra eſt
Leſbides equoree nupture:nuptaq̄ proles
Leſbides eolia nomina dicta lyra.
Leſbides infamem que me feciſtis amare.
Deſinite ad cytharas turba venire meas
Abſtulit omne phaō:quid vobis ante placebat
Me miſeram dixi que modo pene meus
Efficite vt redeat vates:q̄ veſtra redibit
Ingenio vires ille dat:ille rapit.
Hec q̄d ego an precibꝰ pectꝰ ne agreſte mouet
An riget:⁊ zephiri verba caduca ferūt
Qui mea verba ferunt vellem tua vela referrēt
Hoc te ſi ſaperes lente decebat opus
Siue redis:puppiq̄ tue votiua parentur
Mūera:quod laceras pectora noſtra mora
Solue ratē:venus orta mari mare preſtat eunti
Aura dabit curſum:tu modo ſolue ratem
Ipſe gubernabit reſidens in puppe cupido.
Ipſe dabit tenera vela:legetq̄ manu.
Siue iuuat longo fugiſſe pelaſgida ſapphon
Non tamen inuenies cur ego digna fuga
O ſaltem miſere crudelis epiſtola dicar.
Vt mihi leucadie fata petantur aque.

pellatam inſigni laude pinxit appelles: quā tabellā auguſtus in delubro patris Ceſ. dicauit.
pelaſgida. nā pelaſgi vt ephoi eſiodi Hōeri teſtimonio. Stra. per vniuerſam ferme greciam Pelaſgi
vagi et errabundi rem militarem exercerunt: locis in quibus fuerunt nonnullis dederunt no-
mina. Nam peloponneſus pelaſgica ab his dicta eſt. argos item pelaſgicū: et Leſbos pelaſgica
Plinius tamen cui⁹ verba ante recitauim⁹: Pelaſgi vt ſcribit idem ab athenienſib⁹ appellata
ſunt pelargi i mutata littera: ideſt cicōie ab aſſiduos errores. idē aliquādo fuerunt in italia: qđ
Strabo refert: et affirmat Dionyſius alicarnaſeus. Genus autē duxernnt ex arcadia et pelaſ-
go filio iouis et niobes. Iuuat: ſeu tibi cōſilium eſt. Fugiſſe pelaſgida Sappho: ideſt ſappho
leſbiam. Non tamen inuenies. hic totus verſus per interpoſitionem legendus eſt. ita coniugē-
dum: ſi iuuat fugiſſe Sapphon. O ſaltem. crudelis epiſtola dicat ⁊c. Fata: miſerabiliter ſaltum
leucadium iam fatum et mortē ſuā appellat ⁊ ſi ſtraboni credimus: inde ſe deiecit. quod ⁊ Oui.
inuit eo verſu quem paulo ante recitauimus. Dat vota phebo Leſbis amica Lirā. Claruit autē Sapph⁹ etas
cum alceo olympiade ante Tarquinij Priſci arcū edificatum vt euſebij recenſent tēpora. Uale. ASLEN.

¶ Hec ſunc illa phaon: ſcilicet pectora. Subſtitit. i. repreſſum eſt. alludit ad venam eloquij
que fluere ſolet: ſed malis repreſſa eſt: vt ſubſtet. Ueteres in carmina: ideſt ad carmina confi-
cienda priores ac ſolite vires. Leſbides: ideſt mulieres ex leſ bo: appoſitorie nomina dicta: id ē
dicta tota et laudata: vt prima dicte mihi: ſumma dicende camena ⁊c. Me miſeram: minor eſt
excandeſcentia ꝙ ſi dicat o me miſeram. ordo tamen eſt. o me miſeram. aut miſeram: ideſt miſe-
randam me cenſeo. ꝙ: ideſt ꝙtum putas. Pene: ideſt quaſi dixi meus: ſcilicet phaō abſtulit. Ef-
ficite vt redeat ſcilicet phaon. Hec quid ego ſupple. precor vt fit: quid ideſt ad quid ego hec ꝑ-
cor: hoc opus. ſ. redire lente: ideſt piger et tarde ad reditum. Fugiſſe pelagiſda ſappho. qui
neſciunt greca in o habere acſi in o legunt Sapphon: ſed et ſapphon et didon in actis legim⁹
Siue iuuat. Ordo longus eſt. ſiue redis ⁊c. quid laceras ⁊c. i. cur non cito redis ſi rediturus es
Siue iuuat fugiſſe ſappho pelagiſda. i. grecam mulierem longe: ideſt ſiue nunꝙ rediturus abij
ſti. O optātis eſt. i. vtinā epiſtola. ſ. tua qua meis litteris reſpondebis dicat ſaltem miſere: ſcili
cet mihi. vt ſaxa aque leucadie: ideſt precipitia maris leucadice: petantur mihi: vt ſcilicet ſic fi
niam aut amores aut cum amoribus vitā. Et ita oratorie ſummam et grauiſſimum pondus voto
rum in fine ponit vt ipſum memorem cōmiſerari faciat. Hec ſunt que in epiſtolas Ouidianas
quanta potui breuitate ⁊ commoditate annotaui.

P. O. Naſonis Sulmonenſis Poete clariſſimi
Heroidum Liber vnicus Explicitus eſt.

...VERSITA... DE GRANA...

¶Domitij Calderini Veronēſis cōmētarioli in Ibin Ouidij ad Virū Clariſſimū Falconē Sinibaldum ciuem Romanum erarijq; pontificij cuſtodem.

DOmitius Calderin⁹ Falconi Sinibaldo ſalutem. Commentarios meos in Ibi Ouidij: quū nōnulli nuper petiſſent: vt ederē: id mihi agere viſi ſunt alieniſſimo tpe. Nam nec opus adhuc emēdauerā ab auditoribus excerptū ſuꝑiorib⁹ annis quū publice in Academia id profiteremur: nec quorūdam maliuolentiſſimoꝝ hoīm inuidiā quā lucubratio noſtra in Martialem: vel ꝯtraxit: vel exulcerauit adhuc ſedatā: aut certe lenitā intelligebam: vt quantū ego ſcribendo: tantū ipſi calūniādo maledicendo quotidie meditentur: oīs humanitatis et officij obliti. Nā qđ maxime tueri debent: et in communem vtilitatē iuuare: et id potiſſimum oppugnant et laborū ac induſtrie laudem labefactare conātur. Sed ijs ſatis reſpōdim⁹ ijs libris qui in māib⁹ ſunt: et prope diem edent̄: quoꝝ primus locorū oīm que apud Iuuenalem obſcuriora ſunt explicationē continet. ne paradoxijs paulo anī emiſſis que profecto ſunt plane paraten doxan. ac ſentētiā iuuenalis ſtudioſi aliud praue diſcant quū iuuenalem querant. reliquis tribus nouam variarum rerū cōmemorationē completi ſumus: vbi ita egi cū aduerſarijs: vt et me patientie mee: qua iam diu abutunt̄: nō pēituerit ⁊ iſtos pudere oporteat ſtultitie ſue ac temeritatis. Satis eoꝝ ducē ⁊ ipſorē olim ꝑ litteras monui: ne in maledicta incurrat in quibus declinandis non minus prudentie exiſtit: qua in ferende fortitudinis et conſtantie. Sed ad te redeo Falco: cuius hūanitas et beneficentia immortali officiorum gratia totā vrbē ita ſibi deuinxit: vt nemo amet qui non debeat. Ament aūt oēs: tuiſq; virtutibus excellentiſſimis honeſtiorē locū et optent ⁊ ſperent: tametſi honeſtiſſimo ſunt. Tibi has vigilias noſtras mittimus ac dicamus q̄ olim ab auditorib⁹ excerpte ſine certi auctoris noīe ferebantur multoſq; reperiebant dn̄os: cum me carerent: opus Ouidij eſt plenū ire et obſcuritatis. Ego vero que aut a grecis apollodoro. Lycophrone. Pauſania. Strabone. Apollonio ⁊ illius interprete alijſq; ſcriptoribus: aut noſtris tradita ſūt: que quidem ad huius explicationem pertinere videbantur: in hoc opuſculum congeſſi. Tu leges quum per negocia publica licuerit et domitium tui ſtudioſiſſimum amabis.

Exilij ouidiani cauſa

DE Ouidij vita nihil nobis in hoc loco ſcribendum ē: quū ⁊ a multis ea tradita ſit et ex poete libris facile cognoſci poſſit. vnam illam particulam non pretermittemus: que eſt de eius exilij cauſa: nā ita ab eo multis in locis perſtringit̄: vt cū ꝓferre non audeat: variā interpretantib⁹ coniecturā prebeat. Qua de re vt dicam quod ſentio: quum due ſint cauſe quarum altera ſpecioſa eſt: ⁊ velandi criminis gratia ab imperatore Auguſto et poeta iactata. ꝙ. ſ. libros de arte ꝯpoſuerit: altera vera quidē eſt: ſed ſuppreſſa: ne auguſtus offenderetur. poſſim tamen quodam carminis inuolucro et verecunde deſignata ꝙ ſcilicet amauit: vt alij ſentiunt Liuiam Auguſti filiam. Nam ea flagrauit adulteriorum infamia: ⁊ damnata eſt: vt ſcribūt Plinius et tranquillus: vt alij ſuſpicantur: liuiam vxorē. Hanc exilij cauſam teſtatur Sidoni⁹ qui ouidium ſcribit abductum fuiſſe Ceſarie puelle: ſed poeta amoris crimen transferendo imminuit. Nam id appellat imprudentiam non amorem: ꝙ ſcilicet dum Ceſareā puellam imprudenter coleret et ſtudioſius obſeruaret: in amoris venerit ſuſpitionē: ſuamq; cauſam ſimilē ait eſſe acteonis: qui caſu cum ſpectaſſet Dianam q̄uis non amaret tamen pūit. Cur aliquid vidi inquit: cur conſcia lumina feci. Cur imprudenti cognita cauſa mihi eſt? Inſcius acteon vidit ſine veſte Dianam. Preda fuit canibus: nec minus ille ſuis. Nec his aſſentior: qui eum verſum de turpi ſecreto auguſti dictum putant. Nam cum illic placare et lenire imperatorem ſtudeat cur ſcelus obieciſſet. Corinnam eo ficto nomine appellat: quod fatetur. Mouerat ingenium

Corinne

totam cantata per vrbem Nomine non vero dicto corinna mihi. Alibi idem ſepe. Due autem fuere corinne: vt ſcribit Suidas: vtraq; carmine Lyrico erudita: vnam tantum tradit pauſanias et eam contendiſſe cum Pyndaro Thebis: fuiſſeq; victricem vel forme venuſtate qua iudices corrupti ſunt: vel lingue eolice gratia: quam thebani dorice antepoſuerunt: qua Pyndar⁹ vtebatur extareq; monumentū in quo illius effigies vitta coronata cernebantur. de hac papinius. Veteris ſecreta Corinne: et propertius idem. inde Ouidius ſuam puellam Corinnam appellauit ab eruditionis elegantia et forme. Illud addamus in ponto. vnde hoc opuſculuꝫ emittit eundem compoſuiſſe opuſculum de piſcibus: quo incognita nobis piſcium nomina complexus eſt: vt ſcribit Plinius.

Argumentum carminis eſt imprecatio qua inimicum deuouet: quem ibin appellat: non vt alij ſuſpicati ſunt: ꝙ ibis ciconia ſit feda aut auis: que roſtro purget ventreꝫ. Id enim eſt ciconie. Ibis vero egyptia tantum eſt: vt ſcribit Herodotus in ſecundo hyſtoriarum: duplici genere: altera nigra cruribus gruum roſtro maxime adunco: qua aduerſus ſerpētes colitur: altera familiarior hominibus glabro capite ⁊ collo pennis candidis preter colluꝫ ⁊ extremas partes alarum. Callimachum aūt in hoc eſt imitatus inſcriptione operis. Nam Callimachus apolloniuꝫ rhodium: qui argonautica ſcripſit diris imprecationibus deuouit carmine elegiaco: cum ille diſcipulus in ſe preceptorem parum prius fuiſſe: vt apud Suidam legimus. apollonius autem ⁊ Dionyſius Alexandrini quidē fuerunt: auctore Stra. ſed rhodij dicti ſunt: quoniaꝫ rhodi litteris operam dediſſent. ideꝫ teſtatur Apollonij interpres. Cū igitur Callimachus in illum inueheretur ꝑ contemptum appellat Ibin: quaſi auem alexandrinam et egyptiam: vt ita indicaret eum eſſe Alexandrinuꝫ ꝙuis Rhodius diceretur. Ibis itaqꝫ inimic⁹ ab Ouidio appellatur: non propter vllam auis ſimilitudinem: ſed ab imitatione tantum Callimachi: qui cur ibin apollonium dixerit: iam propoſuimus. Opus eſt obſcuruꝫ remotis preſertim fabulis: non tam vt lateat inimici nomē: ꝙ Callimachi imitatione: qui eodem ſtilo obſcuritate op⁹ compoſuit: vt Suidas tradit: quod nunc imitatur Oui. quis hic inimicus Ouid. nec ipſe vſꝙ aperuit: nec ab alijs deprehēdi facile eſt. vxoreꝫ certe poete ſollicitabat qua de cauſa exarſit hac carminis acerbitate: quod facturum denunciauit in vltimo fine titulo. Primum dolet ſe cogi a moribus ſuis diſcedere: vt qui hactenus neminem leſerit nunc cogat maledicos verſus in aduerſarium ſcribere.

DOLDJ.

Titulus operis Ibis

Argumen uꝫ

## Publij Ouidij Naſonis in Ibin opuſculuꝫ.

Tempus ad hoc luſtris mihi iam biſquiqꝫ peractis,
Omne fuit muſe carmen inerme mee.
Nullaqꝫ: que poſſit ſcriptis tot milibus extat.
Littera naſonis ſanguinolenta legi.
Nec quemꝙ noſtri niſi me leſcere libelli:
Artificis perijt quum caput arte ſua.
Unus et hoc ipſum eſt iniuria magna perenneꝫ
Candoris titulum non ſinit eſſe mei.
Quiſquis is eſt nā nomen adhuc viruqꝫ tacebo
Cogit inaſſuetas ſumere tela manus
Ille relegatū gelidos aquilonis ad ortus:
Non ſinit exilio detuliſſe meo.
Vulneraqꝫ immitis requiem querentia vexat
Iactat et in toto verba canina foro.
Perpetuoqꝫ mihi ſociatam federe lecti
Non patitur miſeri funera flere viri.
Cūqꝫ ego quaſſa mee complectar mēbra carine
Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat ſubitas extinguere flammas
Hic predam e medio raptor ab igne petit.

Tempus biſquinqꝫ luſtris. Quinqꝫginta ānis Luſtrū dixerunt latini ſpaciū qnqꝫ annorū qđ greci olympiadē appellarunt: eam inſtituit Hercules alcmene. vt Stra. placet. pauſanias vero ſcribit Peoneum epimedē liſiū idam ⁊ Herculem fratres fuiſſe filios Crete ex Ida. Herculemqꝫ maximū natu olympiadem inſtituiſſe quinqꝫ

Luſtrum

Olympias.

[illegible] VERSITARIA DE [illegible]

Nititur: vt profuge deſint alimenta ſenecte
Heu quanto noſtris dignior ipſe malis:
Dij melius: quorū longe mihi maximus ille eſt
Qui noſtras inopes noluit eſſe vias.
Huic igitur meritas grates quaſcunqȝ licebit
Pro tam manſueto pectore ſemper agam
Audiet hec pontus: faciet quoqȝ forſitā idem
Terra ſi vt propior teſtificanda mihi.
At tibi calcaſti qui me violente iacentem
Quod licet heu miſero: debitus hoſtis ero.

annorum ſpacio ꝛ numero fratrū. Nam quinqȝ erant omnes: mulieribus non licebat olympiaca ſpectare: que lex ſancita eſt: quū callipatira: vt alij ſcribunt Pheronice filio pictore illic ſaltans ſexum prodixiſſȝ: deprehenſe deijciebantur typeo. plura Solin⁹ de olympiade. Sanguinolenta maledica. Niſi me. nam miſſus eſt in exilium libris ꝺ arte amandi editis. Unus Ibis. Mei candoris: mee gratie: ꝛ beniuolentie erga omnes. Inaſſuetas: inhabiles carmine maledico. Relegatum: preſcriptis finib⁹ in exilium miſſum. Uulnera: exilij mei. Uerba canina: maledicta dicuntur a rabie canis: cuius morſu ſata feriūtur: vt ſcribit Plini⁹. vnde prouerbium dictum eſt. Mordere lapidem: ꝛ mordere pro carpere tractum eſt ab eiuſdē animalis morſu. Forum dictum eſt: vt Uarroni placet: ꝙ controuerſie ꝛ res venales illuc ferātur. Idem macellum dicebatur ab obſonijs que vendebantur illic. Nam iones hoſtia hortorūȝ macellotas appellant. alij a Macello cuius damnati hortus vel domus vendendis obſonijs apta fit. Forum hic accipit pro conuentu hominū in forum conuenientium. Funera: calamitatem Non patitur. Nā eam alijs afficit tabulas: bona ſua appellat tabulas naufragij: hoc eſt relliqͣs exilij: quas impius inimicus ſubripere tentabat. Habere mei. Et que debuerat ſubitas habere ſubripere. ſunt etiam qui intellexerint tabulas naufragi vxorem quod non placet. Extinguere ſubitas flammas: id eſt ferre opem exilio meo quemadmodum alij accurrunt ad incendium domorūȝ. Raptor: raptores dicuntur qui vi ſubripiunt aliquid contra fas. Dij melius: in inuidiā adducit inimicum. Dij melius agunt mecum. Ille Auguſtus. Noſtras vias. Exilium. Nam bona non abſtulit: vt alibi etiam ſcribit. Agam grates: poeticum eſt. Nam orator agam gratias. pontus prouincia nobilis crudelitate medee et veneficijs herbis: a ponto rege nomen accepit pontus mare dicitur a quod ſignificat mergo. pontus locos exilij mei. Uaticinatur ſcriptum eſſe: quod in exilio ſcripſit de triumpho Ceſaris. Idem: auguſtus. Teſtificanda: numeranda inter beneficia. Calcaſti: inſultaſti iniuria affecto. Heu miſero: quaſi dicat me miſeret: ꝙ te afficiam tantis maledictis diris imprecationibus.

Olympica

Uerba cania

Mordere lapidem

Forum

Macellūȝ

Raptor

Grates

Jodoci Badij Aſcenſij opuſculi Ouidiani in
Ibin familiariſſima explanatio.

ASCEN.

TEmpus ꝛc. Opus hoc inſcribitur Ouidij in ibin: id eſt Carmen imprecatoriūȝ atqȝ maledicū in quendam aduerſarium ita merito criminandum queadmodū callimachus criminatus eſt apolloniū: quem ibin vocauit: quaſi auem externā cum ſe rhodium mentiretur: queadmodum is quem Ouidius criminatur ſe romanū mentiebatur. Non tamen eum nominat: aut quia famoſos libellos edere legi vetitum erat proprio preſertim noīe expreſſo: aut quia ſe inuite maledicere oſtendat: ꝛ ſummopere prouocatum vix regere conuicia: aut pares referre vices. Intentio autem eſt aut animo ſuo morem gerere: quia dulcis eſt nonnullis vindicta que male dicendo fit ſed ea et turpis et ſceleſta chriſtiano fugienda eſt. Aut vt minando ꝛ imprecando aduerſariūȝ a maledicendo ꝛ prouocando vlterius reuocet. niſi enim interdūȝ ſtultis ꝛ maledicis reſiſtatur nullus eſſet in eis maledicēdi modus. Unde monet comic⁹ aduerſarios ſuos: ceſſent maledicere: malefacta ne noſcāt ſua. Et h̄ qdem intētio et modus obſeruet honeſtior ꝛ chriſtiano dignior fit. Et lȝ oui. chriſtian⁹ nō fuit: eadē tñ virt⁹ illi cognita fuit: vñ conat ſe cādidū. i. ſine liuore aſtruere. Qualitas carminis ē elegiaca. ea. n. p̄cipue valuit ꝛ iō plurimū vſus ē. ſm tñ materie

Intentio poete